BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXXVII
E
34
NAPOLI

108
I
34—35

Digitized by Google

Digitized by Google

~~8/2~~ ~~82. 0. 12~~ [illegible]

~~G~~ ~~9.~~

~~H~~ ~~83.~~

108
9
34–35

Digitized by Google

LEXICON
CHALDAICO-RABBINICUM
CUM RABBINORUM ABBREVIATURIS
IN DUAS PARTES DISTRIBUTUM,

AB ANTONIO ZANOLINI J. U. D.
In Seminario Patavino Linguarum Orientalium Profeſſore

COLLECTUM,

In quo pro Vocabulorum opportunitate res ad Sacram Scripturam, Rempublicam, & Religionem Hebraicam pertinentes, aliæque multæ exponuntur.

Accedit Diſputatio de Targumin, ſive Paraphraſibus Chaldaicis, Talmude, Cabbala, Commentariis Rabbinorum, & Lingua Chaldaica.

Ad exercendos Tyrones Lexici fini annexa eſt Hiſtoria quædam ſatis feſtiva a Rabbino Abrahamo Majemonide ex Lingua Arabica in Hebraicam Rabbinicam tranſlata, qua admonentur homines, Jusjurandum religioſe ſervandum eſſe.

Singula autem, quæ in Lexico paſſim occurrunt exoticis Linguis exarata, Lingua Latina ſtatim explicantur, ut a quolibet intelligi poſſint.

AD USUM EJUSDEM SEMINARII.

PATAVII, Typis Seminarii. MDCCXLVII.
SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

EMINENTISSIMO, ac REVERENDISSIMO

C A R O L O
CARDINALI REZZONICO
EPISCOPO PATAVINO

ANTONIUS ZANOLINI

FELICITATEM.

AUguſta auſpicia Summorum Pontificum Clementis XII. & Benedicti XIV. duobus Lexicis, Hebraico, & Syriaco ad noſtram tutelam movere auſus, nunc, ut Juventuti mihi concreditæ in omnibus Orientalibus Linguis inſtituendæ ubique præſto ſim, tertio Chaldaico-Rabbinico ampliſſimum Tuum Patrocinium, maximamque auctoritatem, PRINCEPS EMINENTISSIME, cujus præſidio publicam lucem alacriore animo ſubire poſſim, compellare non dubito. Tibi igitur ab altera anni hujus Diœceſeos Tuæ luſtratione redeunti ſalvo, atque incolumi cum omnibus totius Civitatis Ordinibus occurrens, munus hoc tamquam hoſpiti alacri, feſtivoque animo exhibeo, ea certe ſpe fretus, illud tutelæ com-

Digitized by Google

miſſum Tuæ maximum , quod ex ſe non habet , a Te ornamentum accepturum . Quis autem Te alterum quaſi Parentem non ſuſpiciat, ac veneretur, miroque plane modo non gaudeat , fidei Tuæ ſingulari, tutelæ, adminiſtrationi, vigilantiæ Patavina ſacra concredita fuiſſe, Tibique non poſtulanti , atque adeo ne cogitanti quidem ab eo ſponte concredita, cujus judicio , ac poteſtate in terris Divina omnia, & humana ſapientiſſime reguntur, ea de Te ſpe præconcepta, Purpuræ ſplendorem , & Cathedræ dignitatem glorioſis , admirandis , immortalitate dignis operibus non ſolum cohoneſtatum , ſed abunde a Te cumulatum iri ? Quoquo enim ſe vertit , ubique veſtigia ſummæ Tuæ religionis , pietatis , charitatis , prudentiæ , ſedulitatis ad cæterorum Epiſcoporum exemplum , & admirationem impreſſa apparent, ſingulique Cives gaudio geſtientes ſibi invicem narrare gaudent, Te nulla frigoris, nulla æſtus, nulla iniquiorum temporum injuria ab obeundis ſedulo Epiſcopalibus muneribus deterreri ; Te Eccleſias frequentare , ægrotos inviſere , ad Te accedentes humaniſſime excipere; curare , ut in Eccleſia omnia ad Deum, & Religionem pertinentia rite, atque integre adminiſtrentur; exemplo Tuo Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento majorem apud omnes venerationem conciliare; ſingula vero ea ſemper alacritate, & vultus hilaritate præſtare, ut ex laboribus non laſſus, ac defeſſus, ſed recreatus videaris. Hanc Tuam tam admirabilem vigilantiam clare, & luculenter teſtantur decreta a Te ſancita, leges ad Gregis Patavini utilitatem promulgatæ, odia per Te extincta, egenorum inopia ſublevata, Sacris Concionibus Tuis ubique ad pietatis, & Religionis ſtudium corda inflammata, omnino Diœceſeos Tuæ tam amplæ loca

quam-

quamvis prærupta, quamvis ſalebroſa, quamvis aſpera, ac pœne invia a Te breviſſimo tempore fere omnia perluſtrata. Quis igitur mente, & cogitatione ſatis percipiat, qualis Patavinorum Civium ſenſus, & gaudium ſit, cum Te quotidie exempla inſignia virtutum omnium edentem intueantur, planeque ſentiant, maxima ſecuritate animarum ſuarum Tibi commiſſarum curam in Tua fide, ac tutela conquieſcere? O felix porro, fortunatumque Seminarium Tuum non ſolum Diœceſeos Tuæ, ſed aliarum etiam Civitatum decus, & ornamentum qua diſciplinæ, qua artium, & ſcientiarum inſtitutionibus diſſeminandis. Ad auſpicia Tua talis, ac tanti Præſidis, Patroni, Parentis frequentes Alumni undique convolant, quorum parentes amori Tuo, ſolicitudini, liberalitati eos libentiſſime committunt, quos huc deducentes mirantur ſinguli novas ſubſtructiones juſſu Tuo erectas, loci capacitatem per Te novis ædificationibus amplificatam, multoque meliorem formam, & ſpeciem, Deo dante, brevi habituram, ut commodius adoleſcentes in eo alantur, faciliuſque ad inſtitutionem alliciantur. Sed quo me rapuit rerum Tuarum magnitudo, ut non meminerim, me apud eum dicere, cujus maxima virtus modeſtia eſt, cujus opera ipſa ſine ulla aliorum prædicatione ſatis ampla per ſe, & illuſtria ſunt, & ad ſempiternam nominis famam in omnium oculos paſſim incurrunt? Euripidi potius morem geram graviter præcipienti, ut in Summis Viris, iiſque probatiſſimis laudandis modus ſervetur, cum ipſi, dum laudantur, odiſſe quodammodo ſoleant laudatores.

Αἰνούμενοι γὰρ οἱ ἀγαθοὶ, τρόπον τινὰ
Μισοῦσι τοὺς αἰνοῦντας, ἐὰν αἰνῶσ' ἄγαν.

Itaque tenue iſtud opus Tibi offerens ea cogitatione non mediocriter recreor, Te ſumma quidem omnes

benignitate complecti, ſed eos præcipue, qui pro virili parte dant operam, ut de literaria, Chriſtianaque Republica mereantur. Quintus jam, & trigeſimus annus agitur, ex quo ſub quatuor Patavinæ Dioeceſeos Epiſcopis informandæ Juventuti Seminarii prius in humanioribus literis, deinde in Linguis Orientalibus ſtipendia mereo, enixe daturus operam, ſi Deus Optimus Maximus propenſæ ad agendum voluntati animos, & vires, ut ſpero, addiderit, ut nova ſemper moliendo, acriterque incæpto curſui inſiſtendo in eodem ultimum ſabulæ, vitæque actum honeſte, feliciterque concludam. Interim ego, cum illos plerumque ex ipſis Fontibus Sacros Divini eloquii latices impuris labiis ebibere videam, qui tenebras veritati offundere, & germanum Sacrarum Literarum ſenſum detorquere conantur, nulli labori parco, ut ſingulari eorum beneficio reſpondeam, qui mihi auctores fuerunt, ut Latinis, Græciſque rivulis Hebraicos adderem Fontes, & per cæteras Orientis Linguas non ſolum Templi portam attingerem, ſed etiam in Sacrarium ipſum ingrederer. Hoc opus igitur res ad Sacram Scripturam, Judæorumque Rempublicam & Religionem ſpectantes plurimas complectitur, eorum leges, ritus, cæremonias ob oculos ponit, quorum ſcripta propter odium in ipſos Deo æque, & hominibus inviſos paſſim rejiciuntur, nihilique fiunt; quæ tamen, ſi diligenter excutiantur, ac probe examinentur, mirum, quantam utilitatem, & fructum diſcentibus afferant. Inde enim rerum omnium, de quibus in Veteri, ac Novo Teſtamento obiter tantum mentio fit, perfecta, abſolutaque cognitio percipitur; inde loca, inde Feſta, inde numiſmata aperte cognoſcuntur; omnino inde textus multi ad Meſſiam ſpectantes ita dilucide, ſincereque explicati depromuntur, ut poſſis ſuis ipſis

Ju-

Judæos armis confodere. Libenter concedo, multa in iis inania, vana, futilia; multa ludicra, anilia, fabuloſa; multa inepta, abſona, & falſa reperiri. Qui Sacram Scripturam Cabbaliſtarum more per literarum mutationem, tranſpoſitionem, in numeros reſolutionem exponunt, prorſus reprehendo. Ubi nobis inſerviunt, ubi neceſſaria ſuppeditant, ubi arma ſubminiſtrant, quis iis utendum non exiſtimet; ubi vero nos fallere, & circumvenire conantur, quis evitandos non putet, vel in ſua ſententia pervicaces, & obſtinatos penitus contundendos? Ego certe pro mea docendi provincia optime jamdiu novi, nulla in re magis profligatorum, & nequam hominum furorem, & dementiam debacchari, quam ut Sacras Literas, potiſſimum Religionis, & pietatis fundamentum, Linguarum auxilio, & adjumento inficiant, atque corrumpant. Sed quiſnam eſt, qui ignoret, eorum conatus inanes ſemper ceſſiſſe, & cum Phrygibus ſero ſapere eos coactos eſſe Linguis iis ipſis, quibus Eccleſiam oppugnare temere aggrediebantur? Quod ut perpetuo fieret, VENERABILIS GREGORIUS CARDINALIS BARBADICUS non Patavinæ ſolum, ſed univerſæ Eccleſiæ decus, & ornamentum Linguas has firmiſſimum contra Judæos, & Heterodoxos præſidium in Seminarium ſuum exemplo plane mirabili e fundamentis erectum invexit, & hoſpitio liberaliſſime exceptas Civitate donavit. Cujus immortalis beneficii cum ego quoque in partem venerim, eo conſilio, PRINCEPS EMINENTISSIME, lucubrationes has in lucem emitto, ut alii deinceps ad eadem ſtudia majore ſpiritu capeſſenda excitentur, ex quibus maximum & in Diœceſim Tuam, & in omnem Chriſtianam Religionem emolumentum redundat.

AD

AD LECTOREM.

Multorum annorum experientia in docendo edoctus majoris tui commodi, & utilitatis cauſſa duos apros, ut ajunt, una plaga, in uno ſaltu capere inſtitui, unoque hoc libro eodem tempore Linguarum Chaldaicæ, & Rabbinicæ cognitione te inſtruere, rerumque plurium ad Sacras litteras, Remque publicam, ac Religionem Hebræorum ſpectantium eruditione ditare. Utinam natura nos improbo labore levaſſet, quem quotidie in alienis ediſcendis Linguis conſumere cogimur, effeciſſetque, ut quemadmodum ſunt omnium Gentium, & Nationum ſenſa communia, ſic eſſent τὰ ἐν τῇ φωνῇ τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων σύμβολα, nobis de fortuna noſtra maxime gratulandum eſſet, quibus major rerum, ſcientiarumque percipiendarum campus, & facultas aperiretur, maximaque ex parte trita illa querela tolleretur, artem longam, vitam brevem eſſe. Sed quoniam ſinguli hac conditione nati ſumus, ut juxta illud ὃς τὰς γλώττας οἶδεν, οἴσεται δὲ τὰ πράγματα, per Linguarum cognitionem ad rerum notitiam pervenire debeamus, non mediocri certe laude ille dignus cenſendus erit, qui & Linguas, & res eodem tempore tradiderit, atque uno, eodemque tempore in utriſque Diſcipulos ſuos erudierit. Utrum autem id ego, quod mihi propoſui, aſſecutus fuerim, tu ipſe, dummodo labori non parcas, librumque attente, ſeduloque verſare non renuas, profecto videris. Certe ad Linguam Chaldaicam addiſcendam te allicere, & quodammodo trahere debet ejus antiquitas, dignitas, & utilitas, quæ cum ipſa Hebræa de principatu contendit, & adhuc juxta Erpenium ſub Judice lis eſt; cujus etiam amplitudo ex eo potiſſimum commendatur, quod Babylonii, & Aſſyrii, quorum imperium vaſtiſſimum, & poſt diluvium primum, ac florentiſſimum, eam familiariter adhibuerint; quodque majus multo, ea

mul-

multa Spiritus Sancti eloquia conſcripta fuerint, ut ſilentio præteream, omnem aliarum Nationum ſapientiam a Chaldæis originem traxiſſe, omneſque ſcientias ab Oriente in reliquas terrarum partes fuiſſe propagatas. Neque mihi objicias, eam hodie admodum arctis, & anguſtis finibus circumſcriptam eſſe, maximaque ex parte ejus monumenta miſere periiſſe. Etenim præter nonnullas Sacræ Scripturæ partes Chaldaica Lingua exaratas multa extant verba Chaldaica in Job, Proverbiis, Jeremia, & alibi; multæ dictiones Linguæ Hebrææ obſcuræ, & locutiones peculiares per Chaldaicam Linguam clare exponuntur; Paraphraſes Sacrarum Litterarum hac Lingua, licet corrupta, conſcriptæ, ſexcentique Rabbinorum, & Judæorum libri eruditorum manibus teruntur, quorum intelligentiam nemo Linguæ Chaldaicæ ignarus umquam aſſequetur. Id vero me præcipue adduxit, & compulit, ut in Lexico Chaldaico etiam breve quoddam Lexicum Rabbinicum inſererem, Rabbinorumque Abbreviaturas paſſim in ipſorum libris occurrentes ſuis locis apponerem, ne inter legendum earum ignoratione retardatus rerum cæterarum cognitione fraudareris, iratuſque ſubinde libros de manibus deponeres, vel a te omnino rejiceres. Nihil de iis hic addo, cum ſatis ſuperque ex rerum Indice ſis habiturus, quæ tibi omnino ſatisfacient. Placuit pro vocabulorum opportunitate multa ad Sacras Litteras, Judæorumque Rempublicam, Religionem & alias res pertinentia paſſim afferre, tum quia non ſatis in promptu omnibus ea eſſe mihi viſa ſunt, cum pleraque ex ipſis Rabbinorum libris excerpta ſint; tum quia ſine multo labore a legentibus omnibus addiſci poterunt; tum quia uno, eodemque tempore Linguarum, & rerum cognitio facile comparabitur. Fateor, illa eſſe fere innumera, & inter ſe toto, pæne dixerim, Cælo diſtantia; varietate tamen, & novitate ea non parum grata, & jucunda tibi ſpero futura. Hoc certe tibi polliceor, illa multis vocabulis addita nec magis brevia, compendiaria, & conciſa eſſe poſſe, quibus ſine ulla dubitatione ea ſatietas vitabitur, quæ in perpetuis ſcriptis creari, atque commoveri ſolet,

cum

Digitized by Google

cum ſingula ſingulis vocibus terminentur, teque liberum ſemper relinquant. Optime noſti, frugiferas arbores, eo quod incompoſite ſint in agro conſitæ, neque cædi, neque evelli, neque earum fructus ea quoque ratione inſuaviores eſſe, quam ſi vel in quincuncem eſſent diſpoſitæ. Si quis erit, qui plura in iis deſideret, meminerit, vitem tum cultiorem, tum etiam utiliorem eſſe, quæ probe putata in ſua certa capita componitur, ne luxuries eam perdat, cum ad fructum pervenerit. Neque vero, qui Linguas ignoras, earum characteribus variis paſſim occurrentibus deterrearis, & in eam opinionem venias, opus hoc tibi plane inutile futurum. Qualibet enim vel Chaldaica, vel Hebraica, vel Rabbinica, vel Syriaca, vel Arabica Lingua exarata a quolibet intelligi poterunt, qui Latinæ Linguæ cognitione imbutus ſit, cum ſingula externis Linguis exhibita ſtatim, & e veſtigio ad verbum Latina Lingua exponantur. Id vero duplici conſilio a me factum eſt; tum ut omnes omnia intelligerent in Latinum converſa; tum ut Linguarum ſtudioſi quaſi manu ad ea cognoſcenda facilius ducerentur, quæ ſolis conſonantibus ſine vocalibus conſcripta maximam difficultatem legentibus attuliſſent. Libuit addere triplicem Indicem, alterum rerum, quæ in Diſputatione Lexico præmiſſa, alterum, quæ in Lexico continentur, tertium vocum ſingularum, quæ in eodem paſſim occurrunt, ut Tyrones haberent, qua ratione in Chaldaicam, & Rabbinicam Linguam converterent, quæ ſibi in ſchola a Magiſtris traderentur. De Diſputatione Lexico præpoſita nihil ſubjicio, in qua nonnulla de Targumin, ſive Paraphraſibus Chaldaicis, de Talmude, de Cabbala, de Rabbinorum Commentariis, & Lingua Chaldaica exponuntur; nihil etiam de Hiſtoria quadam, ſeu verius fabula, ejuſdem Lexici fini appoſita a R. Abraham Majemonide Rabbinice conſcripta, a me de induſtria, utpote valde jucunda, & feſtiva, ex multis ſelecta, ut adoleſcentes quaſi laborem non ſentientes Hebræorum ſcriptis legendis aſſueſcant, quæ ab iiſdem ſine punctis, & vocalibus ſolent exarari. Si horum ſtudium, & diligentia aſſiduis labori-

bus

Digitized by Google

bus meis, meæque de iis bene merendi voluntati reſponderit, profectò nihil erit, cur populis illis omnis litteraturæ amantiſſimis invideamus, qui ſummam operam, & induſtriam in Linguis Orientalibus addiſcendis collocant, & quotidie cum litteratorum maximo emolumento, ut nunc præcipue Baſileæ, Orientales libros in lucem edunt, habebitque Chriſtiana Reſpublica eos adjutores, ac defenſores, quibus adverſariorum ictus optime propulſet, & conatus quoslibet contra ſe ſuſceptos valide debilitet, atque adeo fortiter, acriterque contundat. Interim ſi quid in hoc repereris, quo ſtudia tua adjuventur, mihi laborem improbum tui commodi cauſſa ſuſceptum non fruſtra accidiſſe lætabor; ſin contra nihil opis a me tibi acceſſerit, id quoque non erit ingratum, quod videris eam fidem, quam tibi alias obligaveram, & obſtrinxeram alia ad tuam utilitatem edendi, liberatam, & hac quoque parte veſtigia animi mei ad te in tuis ſtudiis adjuvandum non leviter impreſſa. Illud unum reſtat, ut, quod adhuc in cæteris laboribus meis feciſti, in hoc quoque bonitatem, & humanitatem tuam experiar, quique ſermonis elegantia, & nitore me tibi commendare conatus ſum, & efficere, ut ætatem liber ferre valeat, aliquid ſaltem fructus, & utilitatis afferens, gloriari poſſim, ex ore tuo illa Horatii excidiſſe:

Hic meret æra liber Soſiis, hic & mare tranſit,
Et longum noto Scriptori prorogat ævum.

NOI

Digitized by Google

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova

AVendo veduto per la Fede di Reviſione, ed Approvazione del P. *Fra Paolo Antonio Ambrogi Inquiſitore del Sant' Uffizio di Padova* nel Libro intitolato: *Lexicon Chaldaicum voces omnes complectens, quæ in Targumin, ſive Paraphraſibus Chaldaicis &c. Collectum ab Antonio Zanolini J. U. D. & in Patavino Seminario Linguarum Orientalium Lectore &c. nec non Diſputatio ejuſdem Auctoris de Targumin ſive Paraphraſibus Chaldaicis &c. in Lingua Latina &c.* non v' eſſer coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica; e parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro, niente contro Principi, e buoni coſtumi, concediamo Licenza a *Gio: Manfrè Stampator di Venezia*, che poſſa eſſere ſtampato, oſſervando gli ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 11. Marzo 1745.

(Gio: Pietro Paſqualigo Ref.
(
(Marco Foſcarini Kav. Proc. Ref.

Regiſtrato in libro a Carte 1. al n. 4.

Michel Angelo Marino Segr.

Adì 18. Marzo 1745.
Reg. nel Mag. Eccel. degli Eſecutori contro la Beſtemmia.

Alviſe Legrenzi Segr.

AN-

Digitized by Google

ANTONII ZANOLINI
DISPUTATIO
DE TARGUMI'N,
SIVE PARAPHRASIBUS CHALDAICIS, TALMU'DE, CA'BBALA, COMMENTARIIS RABBINORUM, ET
LINGUA CHALDAICA.

Placet ne nonnulla de Targumìn , ſeu Paraphraſibus Chaldaicis tradere, quibus antiquitus Sacrarum Litterarum volumina explanata fuerunt?

℞. LIbentiſſime tibi morem gero , ut abſolutam , & perfectam cognitionem aſſequaris, quæ neceſſaria eſt Sacras Litteras verſanti, penitiſſimoſque ipſarum ſenſus introſpicere volenti. Licet itaque nomine תַּרְגּוּם *Targùm* intelligi poſſit quælibet Sacræ Scripturæ verſio, interpretatio , & paraphraſis in aliam linguam ; cum tamen poſt reditum e Babylonia populus Judaicus aliam librorum Sacrorum tranſlationem non haberet , niſi Chaldaicam , quæ Verſionum omnium prima fuit, hinc factum eſt, ut κατ' ἐξοχὴν , ſive *per excellentiam* Paraphraſis Chaldaica תַּרְגּוּם *Targùm* vulgo appellata ſit , idemque nomen adhuc retineat. Quamobrem quotieſcumque in Rabbinorum ſcriptis hæc vox תַּרְגּוּם *Targùm* occurrit, Chaldaica Paraphraſis eſt intelligenda.

Chaldaicæ igitur Paraphraſes Targumìn vulgo appellatæ unde originem traxerunt?

℞. Ex populi ignorantia , & inſcitia Chaldaicæ Paraphaſes ortæ ſunt .

Cum enim ex Dei præcepto Sacras Scripturas Judæi legere tenerentur, neque in captivitate Babylonica Hebraicæ linguæ obliti id præſtare poſſent, huic incommodo per Paraphraſes Chaldaicas conſultum eſt, Sacris Scripturis in Synagogis, & in Templo ſingulis Sabbatis publice prælectis. Cæterum cum quidam ex Prophetis poſt captivitatem lingua Hebraica pura, & integra Prophetias ſuas exararint, liquido patet, ſermonem Hebraicum apud doctos, & eruditos viros ſemper viguiſſe. Quod ſi quæras, cur Iſraelitæ Moſis tempore Ægyptiis diutius ſervientes priſtinam linguam incorruptam ſervarint, ejuſdemque cognitionem multo breviori tempore in captivitate Babylonica amiſerint, id procul dubio ex ſumma diverſitate, & differentia inter vocabula, & dictiones Hebraicas, atque Ægyptiacas ortum eſſe putandum eſt, quibus eadem facilitate, qua ſermoni Chaldaico, populus Hebraicus rudis, & imperitus aſſueſcere nequiverit. Præterea in Ægypto ſimul conjuncti in terra Géſſen, Hebraice גֹּשֶׁן *Gòſcen* dicta, Iſraelitæ vixerunt, in Babylonia autem aliis, atque aliis dominis ſervire in diverſis locis coacti eorum linguam addiſcere neceſſe habuerunt, ut illorum juſſis obtemperarent.

Chaldaicæ Paraphraſes hodiernæ ſunt ne illæ ipſæ, quæ ſtatim poſt captivitatem Babylonicam compoſitæ ſunt?

℞. Ex tempore, quo Auctores Paraphraſium Chaldaicarum, quæ hodie ſunt in uſu, vixerunt, neceſſario infertur, eas non eſſe primas, quæ extiterunt, cum Paraphraſtæ iſti circiter Chriſti tempora floruerint; Paraphraſes autem indoctæ plebi aliquot ante ſæculis ad intelligendam Sacram Scripturam fuerint neceſſariæ. Quamquam has primas Paraphraſes ſcriptas arbitramur, cæteras ore tenus antea in Synagogis a Scribis, & Levitis ea lingua factas, quæ populo erat vernacula.

Quare a Sanctis Patribus, & præcipue a D. Hieronymo nulla omnino Paraphraſium Chaldaicarum mentio fit?

℞. Inde profecto hoc factum eſſe cenſendum eſt, quia temporibus Patrum ea erat Verſionis Græcæ Septuaginta Interpretum auctoritas, adeoque omnium animos occuparat, ut in Eccleſia ea ſola adhiberetur, & ad eam omnes de Fide, & Religione controverſiæ examinarentur. Quamobrem ſuperfluum fuiſſet Chaldaicas Paraphraſes tunc temporis in medium afferre, cum ipſe Textus Hebraicus, teſte D. Auguſtino, a nonnullis Verſioni Græcæ propter linguæ Hebraicæ ignorationem poſtponeretur. Cæterum Paraphraſes Chriſti tempore extitiſſe ex verbis Lucæ cap. 4. v. 18. & 19. ab ipſo Chriſto ex Iſaia cap. 61. lectis evincitur, quæ a Textu Hebræo, & Verſione Græca Septuaginta multum differunt.

Quot

Quot ſunt Targumìn, ſive Paraphraſes?

℞. Tres ſunt Paraphraſes, ſive Targumìn in Sacram Scripturam, prima in Pentateuchum, ſecunda in Prophetas, tertia in Hagiographa. Hæ autem Paraphraſes ſine vocalibus, & accentibus primum ab Auctoribus conſcriptæ ſunt; poſterioribus vero temporibus vocales quidem ſingulis additæ, accentus tamen ſoli Paraphraſi OnKeloſi appoſiti, ut Judæi ſingulis hebdomadibus ex ea Sectionem legentes ſententias inter ſe facilius diſtinguerent, & ſuavius pronunciationem inflecterent. Licet autem omnes Paraphraſtæ lingua Chaldaica Paraphraſes conſcripſerint, juxta varietatem tamen locorum, & temporum, quibus vixerunt, variis ſcribendi dialectis uſi ſunt. Porro de Paraphraſibus illud animadvertendum, Paraphraſtas non ſemper verbum verbo reddere, præcipue vero recentiores, qui circumlocutione ut plurimum utuntur, ſententiæque magis, quam verborum, rationem habere ſolent.

Targumìn a quibus compoſitæ?

℞. Targumìn in Pentateuchum Onkeloſo, in Prophetas Jonathani filio Uzielis, exceptis Chronicorum libris, libro Danielis, & Eſdræ, in Hagiographa Joſepho cuidam cæco vulgo tribuuntur. Fertur autem OnKeloſus filius fuiſſe ſororis Titi Veſpaſiani, qui Templum Hieroſolymitanum evertit, ac ſolo æquavit.

Inveniuntur ne aliæ Paraphraſes in Pentateuchum?

℞. Habemus alias duas Paraphraſes in Pentateuchum, alteram Hieroſolymitanam appellatam, cujus Auctor ignoratur, alteram Jonathani adſcriptam. De cæteris Paraphraſibus a Rabbinis commemoratis, cum vel omnino perierint, vel parvi faciendæ ſint, quidquam addere ſuperfluum arbitramur.

Quare Paraphraſis Hieroſolymitana hoc nomine nuncupatur?

℞. Hoc nomen illi inditum eſt vel ab urbe, in qua exarata, vel a dialecto, qua conſcripta. Ex triplici enim dialecto Chaldaica lingua olim conſtitit. Prima dialectus Babylonica fuit, rebus Babyloniæ florentibus, in ea urbe uſurpata, qua omnium puriſſima uſi ſunt primum Daniel, & Eſdras. Poſtea eamdem ad impuritatem declinantem in ſuis ſcriptis OnKelos, Jonathan, & Talmudis Babylonici Auctores adhibuerunt. Altera dialectus fuit Hieroſolymitana Judæis Hieroſolymitanis vernacula. Hac dialecto conſcripta eſt Paraphraſis Jonathanis filii Uzielis, liber Zòhar, quædam Medraſchìm, & Talmùd Hieroſolymitanum. Tertia denique dialectus, qua compoſitum Novum Teſtamentum Syriacum, eſt Syra Comagéna, ſive Antio-

tiochéna per Antiochiam, & Syriæ regiones longe, lateque propagata. Hæc vero Paraphraſis Hieroſolymitana quo tempore potiſſimum exarata ſit, incertum omnino eſt; conjectura tamen aſſequimur, eam ſcriptam eſſe nonnullis ſæculis poſt Jonathanem, & Onkeloſum, cum ejus ſtylus ex commiſtione quadam vocum Hebraicarum, Perſicarum, Græcarum, Romanarum conflatus ſit, multaque in ea narrentur, quæ poſt Chriſtum evenere. Cum autem in hac Paraphraſi multi verſus Hebraici ſubinde ſine translatione relinquantur, non valde a veritate aberraturum eum arbitror, qui dixerit, illa vel eſſe alicujus Paraphraſeos integræ fragmenta, vel alio, atque alio tempore a variis Paraphraſtis compoſita in unum tandem collecta fuiſſe. Hujus Paraphraſis verſionem Latinam Londini impreſſam habemus anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo nono.

Si placet, doce, quis liber ſit Talmùd, qui maxima ex parte Chaldaico ſermone eſt exaratus, de quo quidem ſæpe mentionem injectam audivi, adhuc tamen, quid contineat, ignoro.

℞. Proprie vox תַּלְמוּד *Talmùd* ſignificat *doctrinam*, ſeu *diſciplinam*, vulgo tamen, & improprie apud Rabbinos præcipue *Talmùd* nomine intelligitur liber ab omnibus Hebræis maximi habitus rerum omnium argumenta complectens, ſicuti Pandectæ apud Juriſconſultos, in ſexaginta מַסֶּכְתּוֹת *Maſſachòth*, videlicet *Tractatus* diſtributus, & ſub ſingulis *Tractatibus* multa פְּרָקִים *PeraKim*, hoc eſt, *Capita*, ſeu *Sectiones* continens. Duplex autem eſt Talmùd. Alterum יְרוּשַׁלְמִי *Hieroſolymitanum*, alterum בַּבְלִי *Babylonicum*. Porro Talmùd Hieroſolymitanum dictum exaratum fuit in gratiam Judæorum terram Iſraelis incolentium. Deleta enim a Romanis urbe Hieroſolyma, Judæorumque Republica ſublata, quædam ipſorum reliquiæ patrium ſolum amantium in Palæſtina remanſerunt, & celebres Scholas, ſive Academias ad annum Chriſti 230. Jaſnæ, Zephoreæ, Cæſareæ, & Tiberiade ſibi conſtituerunt, in iiſque Talmùd Hieroſolymitanum ex unico tantum volumine conſtans in unam dogmatum, & ſententiarum conſenſionem convenientes conflarunt. Talmùd vero *Babylonicum* pro Judæis in Babylonia, aliiſque regionibus peregrinis commorantibus compoſitum fuit. Palæſtina enim ad vaſtitatem redacta, ac propterea a Judæis derelicta, plurimi ex iis ſe Babyloniam contulerunt, erectiſque inſignibus Academiis Nehardeæ, Soræ, ac Pumbedithæ, Rabbini ex iis celeberrimi operam, & ſtudium in conficiendo Talmude Babylonico collocantes illud poſt multos annos ad umbilicum perduxerunt, quod utpote præſtantius, & mole grandius, cum ex quatuordecim voluminibus fere conſtet, Talmùd Hieroſolymitanum auctoritate ſua penitus oppreſſit. Secundum autem illud Judæi priſci, & hodierni præſertim vitæ ſuæ rationem inſtituunt, cum *ab omnibus Judæis* juxta Buxtorphium in Synagoga Judæorum cap. 1. *ceu authenticum Juris Civilis*,

&

Digitized by Google

& Canonici Corpus receptum fuerit, ejuſque Legibus univerſa Judæorum gens, tum in rebus ſacris, tum in rebus politicis, in hanc uſque diem regatur. Dividitur utrumque Talmùd in duas partes præcipuas, nimirum in מִשְׁנָה *Miſnà*, & גְמָרָא *Ghemarà*. *Miſnà* eſt δευτέρωσις, *Lex ſecundaria* ex Traditionibus Pàtrum conflata, quæ a Moſe deinceps ore tenus obſervatæ fuerunt, & ad tempora Rabbì Jehudà propagatæ. *Ghemarà* vero difficultatum explanationes continet, quæ ſæpiſſime circa ea, quæ in *Miſnà* habentur, ortæ ſunt, quas Rabbini in terra Iſraelis, & Babylonia degentes ad trutinam revocarunt, declarataſque Judæis omnibus obſervandas propoſuerunt. Scatet autem Talmùd multis blaſphemiis in Jeſum Chriſtum, ejuſque matrem Virginem Mariam, ac propterea jure, ac merito a Sacroſancta Sede Apoſtolica ejus lectio vetatur, utpote quæ piiſſimas Chriſti fidelium aures offendit, & imprudentes, atque incautos facile poteſt in errorem inducere. Si Talmùdis ſtylum ſcire deſideras, non eſt ubique ſibi conſtans, & æqualis. Etenim ſi *Miſnà* in manum ſumas, Hebraice doctus ejus ſenſum facile aſſequéris, ſuccinctum ſtylum, & conciſum admiraberis; at ſi tranſeas ad *Ghemarà*, repente rerum facie mutata, omnia ſpinoſa, intricata, implexa tibi objicientur, & niſi Arabs, Perſa, Syrus, Græcus, Latinus, Armenus, Chaldæus ſis, uno verbo, niſi quemvis hominem, ut ille ait, tecum afferas, profecto aqua hæreat, nec quidquam intelligas, ſubiratuſque non modo ſtatim e manibus deponas, ſed parum abſit, quin tantam linguarum impuritatem, quaſique colluviem laceres, vel in ignem projicias.

Cum ea, quæ hactenus dixiſti, ſcitu admodum pulcra, ac neceſſaria mihi Linguis Orientalibus, Orientaliumque eruditioni operam danti videantur, nec ita facile reperiri poſſint, gratiſſimum mihi feceris, ſi quæ de Talmùde proferre licet, paucis addiſcenda propones, & primum Talmùdis partes generales oſtendes.

℟. In ſex partes generales ab Hebræis dictas שִׁשָּׁה סְדָרִים *ſex Ordines* primus omnium R. Jehudà a ſanctitate vitæ dictus הַקָּדוֹשׁ *Sanctus*, & ab auctoritate הַנָּשִׂיא *Princeps* Talmùd diviſit, quarum quælibet rurſus in Libros, Liber in Capita, Caput in Miſnàs, ſive Aphoriſmos diſtribuitur. Cum enim ſub Imperatore Antonino anno Chriſti circiter 150. Rabbinus hic animadverteret, ſapientiam Judæorum paulatim imminui, legemque Oralem, h. e. ore traditam propter eorumdem in varias terras diſperſiones oblivioni tradi, ut eam ſartam tectam conſervaret, ſchedulas omnes, quibus memoriæ cauſſa Judæi res ad Legem pertinentes commendaverant, ſedulo, ac diligenter collegit, & ex iis librum confecit, qui poſtea סֵפֶר מִשְׁנָיוֹת *Sèpher Miſnajòth*, h. e. *Liber Traditionum* vulgo eſt appellatus. Hic liber ſtatim maximi haberi cæpit ab omnibus Judæis, & veluti authenticum Juris

ris Corpus receptus eſt, & in Academiis explicatus. Generatim itaque liber hic ſex Tractatus complectitur. Primus vocatur זְרָעִים *Seminum*, quia de ſeminibus, terræ frugibus, & fructibus, herbis, & arboribus, uſu fructuum privato, & publico, aliiſque ſimilibus agit. Alter dicitur מוֹעֵד *Feſtorum*, in quo tempus determinatur, quo Feſta, & ſolemnitates incipiendæ, & abſolvendæ ſint, & ratio proponitur, qua celebrandæ. Tertius appellatur נָשִׁים *Mulierum*, de earumdem officiis, morbis, & affectibus tractans, & de uxoribus ducendis, vel repudiandis ſermonem inſtituens. Quartus vocatur נְזִיקִין *Damnorum*, de damnis tum ab hominibus, tum a beſtiis importatis, & de pœna propter ea inferenda, vel compenſatione facienda agens. Quintus nuncupatur קָדָשִׁים *Sanctitatum*, Sacrificia omnia, & res ſacras proponens. Sexto denique טָהֳרוֹת *Purificationum* nomen inditum eſt, in quo vaſorum, ſupellectiliſque purgandæ modus ſuggeritur, & quæ res mundæ, vel immundæ ſint, declaratur. Quilibet autem מַסֶּכֶת *Màſſechet*, h. e. *Tractatus* in varia Capita, & Sectiones, ut diximus, diſpeſcitur, quas libenter, ne tædio Lectori ſim, in præſens prætereo.

Quanti Talmùd ab Hebræis ſit?

℞. Opus iſtud, vel potius farcimen (quis crederet, niſi adeo manifeſte pateret?) tanti etiam hodie ab Hebræis ubique locorum habetur, ut nihil eo eſſe præſtantius affirment, ſanctiſſimum religionis Judaicæ fundamentum appellent, avertendos liberos a Sacra Scriptura admoneant, &, ut verbis ipſorum utar, בֵּין בִּרְכֵי הַחֲכָמִים *Ben birchè Achacamìm*, h. e. *inter genua Sapientum* collocandós, a quorum latere numquam diſcedant, quorumque verba niſi, tamquam Dei Oracula, venerentur, vel ipſa morte puniantur. O cæcas hominum mentes! Eo etiam amentiæ progrediuntur, ut adeo iis omnibus, quæ in Talmude habentur, ſe teneri prædicent, ut, etiamſi falſa cognoſcant, quæ præcipit, iis nihilominus ſit quavis ratione obtemperandum. Audi abſurdam, ac præpoſteram R. Scelomò Iarchì ad verba illa Deuteronomii cap. 17. v. 11. interpretationem, quam rectius dixeris detorſionem. *Non declinabis a verbis Sapientum* אֲפִילוּ אוֹמֵר לְךָ עַל יָמִין שֶׁהוּא שְׂמֹאל עַל שְׂמֹאל שֶׁהוּא יָמִין *etiam quamvis de dextera dicerent, eam eſſe ſiniſtram, vel de ſiniſtra eam eſſe dexteram*. Quid ſtultius? quid impudentius?

A Chriſtianis vero quanti eſt habendus Talmùd?

℞. Quam auctoritatem apud Chriſti fideles Talmùd habere debeat, facile

le intelliges, ſi tantiſper ea, ex quibus conſtat, ob oculos poſita perpendas. Itaque quid, oro, in eo reperis, quod Legem divinam ſapiat, ut illi divinam auctoritatem, ſicuti Judæi temere contendunt, tribuere cogaris? Ecce tibi varias in illo diſputationes Magiſtrorum, ecce dubia, ecce quæſtiones, ecce ſententias. Ita ne Lex divina ſolet agere? Nihil minus. Omnia in ea clara, omnia perſpicua, omnia manifeſta; nihil involutum, nihil contrarium, nihil implexum. Quid ſi ex Talmude tamquam ex ſentina quadam impia, ſacrilega, blaſphema in medium proferam? Sed ſatius erit ſilentio omnia involvere, quam honeſtiſſimas, piiſſimaſque aures rerum putidarum non neceſſaria commemoratione offendere. *Pandite* potius *nunc Helicona Deæ, cantuſque movete*, dum nonnullas ex fabulis Talmudicis non ad iracundiam in gentem perfidam excitandam, ſed ad deridendam inſaniam, atque adeo cæcitatem deplorandam breviter narro. At quonam pacto fiat, ut, ſi in hanc quaſi ſcenam prodeat Talmudicus Leviathan, Taurus, Avis Bar Juchne, Rana, & Leo, *ſpectatum admiſſi riſum teneatis amici?*

Fabulis refertum Talmud eſſe jamdiu audieram, ſed id a malevolis hominibus injuria Judæis affingi, non rem ita eſſe, arbitrabar.

℞. Quemlibet ita opinantem ad Talmudis lectionem provoco. Librum בָּבָא בַּתְרָא *Bavà Batrà*, h. e. *Portam poſtremam* Talmudice appellatum cap. 5. evolvamus. Ecce tibi Deum (abſit blaſphemia) gladio diſtricto Leviathanem immenſæ magnitudinis piſcem exenterantem, & ſale condientem, ut illo ad dies Meſſiæ reſervato tamquam delicatiſſimo cibo ejus menſa inſtruatur. Ecce iterum eumdem Deum immanem Taurum mactantem, qui quotidie mille montes depaſcens paucis diebus totum fere orbem voraverat. Sed hæc levia ſunt, & nullius, fere dixerim, momenti, ſi cum cæteris ridiculis, & nugatoriis, quæ in aliis libris leguntur, conferantur. Nonne enim ſuaviſſime ridebis, atque adeo cachinnis diſrumperis, ſi ex libro בְּכוֹרוֹת *Becoròth* de jure primogenitorum in animalibus agente Avem Bar Juchne protulero, cujus ovum ex nido prolapſum tantam ſecum ruinam traxit, ut caſu ſuo tercentas proceras arbores proſtraverit, fractumque ſexaginta pagis illuvionem attulerit? Papæ. Quid ais? An non hoc adeo ridiculum ac putidum eſt, ut non ſolum riſum, ſed facile ſtomachum, & indignationem vel patientiſſimorum virorum commoveat? Quid vero dices de Rana? Liceat mihi, quæ de illa a R. Bar Chaanàh narrantur, Latine reddere. Hæc ſunt ipſiſſima Auctoris verba. *Ranam aliquando vidi, quæ magnitudine pagum æquabat. Sed quantus erat pagus? Sexaginta domos capiebat. Acceſſit ſerpens immanis, qui ranam abſorpſit. Verum ſupervenit corvus, qui ſerpentem cum rana tam facile devoravit, quam vulpes gyrum comedit, & inde in arborem proximam evolavit.* Hui. Quæ, & quanta arbor, quam monſtroſa, quam alta, quam procera, quibus, quamque pro-

fun-

fundis radicibus innixa, quam annoſa, quam vetus, & antiqua eſſe debuit? Credat Judæus apella, non ego. In Tractatu autem חולין *Cholin* de animantibus mundis, & immundis differente cap. 5. de Leone habetur, ad ejus rugitum, etſi quadringentis circiter millibus paſſuum Roma abeſſet, omnes mulieres gravidas abortum feciſſe, & muros urbis concidiſſe; cum vero propius acceſſiſſet, ipſo iterum rugiente, omnibus hominibus dentes excidiſſe, Imperatoremque ipſum ſemianimem e tribunali corruiſſe. Quid fabuloſius? His, & ſimilibus commentis Talmud paſſim refertus eſt. Quamobrem *jam ſatis eſt*: & de his *verbum non amplius addam*. Satis enim ex allatis conjici poſſe, & intelligi exiſtimo, qua auctoritate pollere Talmud debeat, quantoque in pretio a Chriſtianis haberi.

Cur ex linguarum commiſtione Talmudis ſtylus, dicendique modus conſtat, & qua ratione in illum, cæteraque Judæorum ſcripta tot fabulæ irrepſerunt?

℟. Judæorum exilia, & deportationes in gentes immanitate barbaras, linguis, moribus, inſtitutis, legibus inter ſe varias, & diſcordes effecerunt, ut a ſingulis aliquid retinentes hoc quaſi polymitum opus ex diverſis rerum generibus, & variis linguarum vocabulis conſarcinarent. Fabulæ vero, quibus ſcatet, non aliunde originem traxerunt, quam quod allegorias omnes reſpuentes, quidquid occurrit, litteraliter Rabbini explicant; nominum propriorum etymologias inveſtigant, eaque hominibus tribuunt, quæ cum eorum nominibus conveniunt; vel ex litterarum tranſpoſitione, earumque in numeros reſolutione per Cabbalam myſteria eliciunt, quibus imperitæ plebeculæ ſe venditent, & incautos, atque imprudentes his quaſi lenociniis implicatos, atque irretitos, quocumque libet, impellant.

Nonne variis temporibus de Talmudis utilitate, vel damno acriter inter eruditos diſceptatum eſt, quæſitumque ultro citroque, præſtaret ne illum præ manibus habere, legere, adhibere, an vero abolere, & procul amandare?

℟. Id profecto ſæpe factum. Verumtamen omnium acerrima de eo Reuchlinum inter, & Pfeffercornum aperto Marte olim contentio agitata eſt, & ad quinquennium producta. Maximis uterque patronis ſe tuebatur. Abolendum eſſe Talmud Pfeffercornus Maximiliano Primo Cæſari Romanorum Imperatori perſuaſit; Reuchlinus vero Leoni Decimo Pontifici Maximo omnia ſcripta Judæorum, & inter ea etiam Talmudica, qualibet ratione ſervanda. Hinc utrique parti fautoribus in dies accreſcentibus, Colonienſes Theologi Reuchlinum damnarunt, Epiſcopus vero Spirenſis ejuſdem cauſſam, & libros probavit. Pfeffercornus, ut irritam Epiſcopi ſententiam faceret, cum Romam veniſſet, ibi per triennium commoratus, demum re in-

Digitized by Google

infecta, domum reverti coactus eſt. Cum autem Ludovico XII. Galliarum Regi res commendata eſſet, ad Pariſienſes delata eſt, a quibus Reuchlinus damnatus Leonis Decimi ſuffragiis abſolvitur, tandemque negotium omnino conficitur, impio Pfeffercorno ob Hoſtiæ Euchariſticæ profanationem forcipibus ignitis carpto, & exuſto. Hinc partium ſtudio laborantes geſtire præ gaudio, exultare lætitia, dicteria, ſannas, jocos in Colonienſes Theologos jactare, facetiſque emiſſis libellis tamquam homines barbaros, Linguarum, & litteraturæ politioris hoſtes ſcommatibus, acriorique ſale deridere. Reuchlini itaque ſententiam multi ſecuti opus Talmudicum non eſſe abolendum cenſuerunt, præſertim cum ex ipſo tamquam ex fonte validiſſima liceat argumenta depromere ad Judæorum dogmata refellenda, eorumque pervicaciam, atque temeritatem contundendam. Quamvis enim in Talmude reperiantur multa impia, blaſphema, fabuloſa, & falſa; Philohebræis tamen non mediocrem utilitatem affert; cum in illo varia antiquitatis Judaicæ veſtigia extent ad Veteris Teſtamenti hiſtoriam illuſtrandam, ad recte explicandos ritus, & cæremonias populi Judaici. Cæterum eodem tempore, quo Talmudi impiiſſimo libro ſuprema manus a Rabbinis impoſita, anno videlicet Chriſti circiter quingenteſimo, Monachi regulæ Divi Benedicti ſubjecti florere cœperunt, Eccleſiamque jamdiu Hæreſibus jactatam doctrina, & exemplo priſtinæ quieti, & tranquillitati reſtituere.

Si venia igitur Chriſtiano concedatur legendi Talmud, poteſt ne ex ejus lectione fructum, & utilitatem percipere?

℞. Ita prorſus, & quidem in multis. Itaque Galatinus, ita imperante Cæſare Maximiliano, in libro *de Arcanis Catholicæ veritatis*, & Reuchlinus lib. 1. cap. 7. juſſu Leonis Decimi Summi Pontificis Romani eas omnes rationes attulerunt, quas ſatis eſſe exiſtimarunt ad oſtendendum, Talmud nullo modo abolendum eſſe. Arma enim Chriſtianis ſuppeditat ad contundendos, atque adeo conficiendos Judæos, cum ex tribus fontibus, ſive principiis poſſint refutari, nimirum ex Veteri Teſtamento, ex Paraphraſibus Chaldaicis, & ex Talmude, quorum ſingula ſcripta pro authenticis habent, ex quibus contra eoſdem argumenta fortiſſima, quæ vocantur ad hominem, elici poſſunt. Neque vero quiſquam reponat, male Chriſtianos, & inepte Talmude ſcripto humano uti, multis fabulis, multis mendaciis, multis blaſphemiis in Chriſtum, & Chriſtianam Religionem referto. Ex hoc enim validius eos refellemus oſtendentes, ex ipſis fabulis, & nugis Talmudicis non eſſe ſcriptum divinum, nec tanti habendum, quanti ab ipſis habetur, cum nugas, fabulas aniles, reſque plurimas nullius fere momenti complectatur. Eo utemur ad Chriſtianorum Fidem, ac Religionem ſtabiliendam, ac confirmandam. Sic ex Tractatu Talmudico *Sanhedrin* cap. 11. in quo cujuſdam Eliæ prophetia habetur aſſerentis, Mundum ad ſex mille annos duraturum, probabimus Meſſiam jam adveniſſe. Audi prophetiæ verba: שֵׁשֶׁת

 אֲלָפִים

אֲלָפִים שָׁנָה הָוֵי עָלְמָא שְׁנֵי אֲלָפִים תוהו שְׁנֵי אֲלָפִים תוֹרָה שְׁנֵי אֲלָפִים יְמוֹת הַמָּשִׁיחַ

h. e. *Sex mille annis durabit Mundus*. *Bis mille annis erit inanitas* (h. e. ſine Lege). *Bis mille annis Lex* (ſc. Moſaica). *Bis mille annis dies Meſſiæ*. Quis non videt, palam eſſe ex hujus Rabbini prophetia Meſſiam jam advenisse, cum ſextus Mundi millenarius jam agatur, debueritque in principio quinti millenarii veniſſe? Vel ergo hæc prophetia falſa eſt, quod Judæi non fatebuntur, neque concedent, cum a verbis Rabbinorum recedere non audeant; vel Meſſias jamdiu venit. Præterea in Talmude Leges fuſius, & plenius explicantur, de quibus obiter tantum in Pentateucho mentio facta eſt. Neque objicias, eas ab iis inepte, abſurde, & contra Dei mentem exponi, cum ſæpiſſime rem acu tangant. Nam ubi Judæi aliquid bene dicunt, ibi nemo melius; ubi vero male, ibi etiam nemo pejus. Admodum itaque appoſite Buxtorphius in Lexici Talmudici præfatione de Talmude inquit. *Sunt in Talmude multa Theologica ſana; ſunt in eo multa fida antiquitatis Judaicæ collapſæ veluti rudera, & veſtigia, ad convincendam poſterorum Judæorum perfidiam, ad illuſtrandam utrinſque Teſtamenti hiſtoriam, ad recte explicandos ritus, leges, conſuetudines populi Judæi priſci plurimum conducentia. Sunt in eo multa Juridica, Medica, Phyſica, Ethica, Politica, Aſtronomica. Sunt illuſtria ex antiquitate proverbia, inſignes ſententiæ, acuta apophtegmata, ſcite prudenterque dicta innumera, quæ Lectorem vel meliorem, vel ſapientiorem, vel doctiorem reddere poſſunt. Sunt multæ vocum myriades, quæ vel voces in Scripturæ Sacræ uſu raras illuſtrant, & native explicant, vel totius Linguæ Hebrææ, & Chaldææ uſum inſigniter complent, & perficiunt. Sunt denique in eo quam plurima ad infinita Novi Teſtamenti loca quoad voces, phraſes, & hiſtorias inſigniter illuſtranda maximum momentum habentia*.

Quibuſnam in locis Talmùd typis mandatum fuit?

℞. Talmùd *Hieroſolymitanum* unico volumine conſtans Venetiis publici juris factum eſt a Daniele Bombergo anno Chriſti 1520. & Cracoviæ adjectis notis marginalibus anno *1609*. *Babylonicum* vero quater editum. Venetiis primum a Daniele Bombergo anno 1520. ea elegantia, & characterum nitore, ea diligentia, & ſedulitate, ut major a Typographo poſtulari non poſſe videatur. Deinde Baſileæ anno 1581. apud Ambroſium Frobenium, in qua editione ea omnia expuncta, ita poſtulantibus Chriſtianis, quæ contra Chriſtum, & Chriſtianos in editione Veneta reperiuntur, ac propterea totus Liber עֲבוֹדָה זָרָה *Havodà zarà*, ſc. *Cultus alienus* Hebraice inſcriptus, agens de Idololatria, & familiaritate omni, & ſocietate cum Chriſtianis in eo Idololatris ab Hebræis dictis vitanda, omiſſus. Tum Cracoviæ prodiit minoribus characteribus, nec admodum laudandis: demum Amſtelodami anno 1644. apud Emmanuelem Benbeniſti in 4. In his duabus poſterioribus editionibus ea omnia proponuntur, quæ in editione Baſileenſi

omiſ-

omiſſa de induſtria ſunt. In eo vero editiones Baſileenſis, Cracovienſis, & Amſtelodamenſis Venetæ editioni præferendæ, quia in iis Libri, & Capita locorum Sacræ Scripturæ in Talmude allegatorum margini ſunt adſcripta, quæ adſcriptio magno Lectoribus emolumento, & fructui eſſe ſolet. Cæterum viri multi eruditi, ut addiſcentium commodo inſervirent, varios variis temporibus מִשְׁנָה *Miſnæ* Tractatus in Latinum ſermonem tranſtulerunt, typorumque beneficio alios alibi publici juris fecerunt.

Adde modos, quibus olim a Rabbinis תּוֹרָה Torà, *b. e.* Lex, *exponi conſueverat.*

℟. Ferebat jam animus eos, cum ita res poſtulaſſet, in medium adducere, ſed quoniam te admodum cupidum illos cognoſcendi nunc temporis audio, libentiſſime tibi ſtatim morem gero, eoque libentius id facio, ut rerum Hebraicarum majorem in dies cognitionem aſſequaris, quæ mirum in modum ad Sacras Litteras penitus intelligendas prodeſſe ſolet. Itaque cum ii varii eſſent, ac diverſi, quinque tamen præcipue ab Auctoribus recenſentur. Prior erat מִקְרָא *Micrà*, Textus ipſe Biblicus, & ejuſdem litteralis explicatio. Alter מִשְׁנָה *Miſnà*, Traditionum doctrina, earumque interpretatio. Tertius מִדְרָשׁ *Midràs*, vel מֶדְרָשׁ *Medràs*, Sacrarum Litterarum elucidatio per myſteria, vel allegorias. Quartus תַּלְמוּד *Talmùd*, quo nomine גְּמָרָא *Ghemarà* altera ejus pars præſertim intelligitur. Quintus denique אַגָּדָה *Agadà*, vel הַגָּדָה *Aggadà*, quæ Legem ſcriptam profundius per Cabbalam interpretatur. Rurſus Rabbini תּוֹרָה, videlicet Legem ſcriptam, vel ſecundum ſenſum litteralem explicabant, vel per allegorias. Legis vero ore traditæ מִשְׁנָה *Miſnà* ab ipſis vulgo dictæ dubia diſputationibus ſolvebant, vel Cabbaliſticis rationibus implicatiora reddebant. Juvat hìc, quid *Midràs*, *Aggadà*, & *Cabbala* apud Hebræos ſint, fuſius, & plenius ſubjicere. *Midràs* igitur eſt commentarius, explicatio allegorica, & in varios ſenſus deducta. De differentia *Midraſchim* Threnorum cap. 1. in principio ita ſcribit R. Abèn Ezrà. *Midraſchim in vias multas ſunt diviſæ. Quædam ex illis ſunt ænigmata, arcana, & parabolæ ſublimes uſque ad æthera. Aliæ inſerviunt ſublevandis cordibus defatigatis in capitibus profundis. Aliæ ſunt ad confirmandum eos, qui impingunt, & implendum vacuos. Propterea ſenſus Scripturæ ſimiles ſunt corporibus; allegoriæ autem ſunt veluti veſtimenta corpori adhærentia. Aliæ ſunt ſubtiles inſtar ſerici; aliæ craſſæ veluti ſaccus.* Hæc ſunt Abèn Ezrà verba Hebraica ad verbum reddita. *Aggadà* autem eſt Hiſtoria jucunda, & ſubtilis, diſputatio Hiſtorica, aut Theologica de aliquo Scripturæ loco jucunditate, & novitate Lectorem detinens, & oble-

Digitized by Google

ſtans, deduciturque a Verbo Hebraico הָגִיד *narrare*, *nunciare*: vel ſi derives ab אָגַר *colligere in faſciculum*, erit narratio Hiſtorica jucunda, ſubtilis, myſtica, in compendium redacta, curam, & ſollicitudinem animo injiciens ob ſuum arcanum ſenſum. *Cabbala* denique eſt myſtica, & magis ſecreta Scripturæ expoſitio.

Cum in ore, & quotidiano fere omnium ſermone hoc Cabbalæ nomen verſetur, grave tibi non ſit aliquid fuſius de ea tradere.

℟. Voci Hebraicæ קַבָּלָה *Cabbalà*, h. e. *Cabbala* ſtrictim, & proprie ſubjecta eſt ſignificatio *receptionis*, nimirum doctrinæ, quam poſteri viva voce deinceps a patribus, & majoribus ſuis recipiunt. *Cabbala* apud Hebræos vulgo, & paſſim appellatur, ſtrictęque eadem eſt, ac מָסוֹרָה *Masòra*, de qua mox nonnulla dicemus. Uſu tamen receptum eſt, ut *Cabbalæ* nomine non intelligatur quælibet παράδοσις *Traditio*, ſed non ſcripta; neque omnis παράδοσις ἄγραφος, ſive *Traditio non ſcripta*, ſed μυστικωτέρα, h. e. *magis arcana, & occultior*; ſicuti nomine מִדְרָשׁ *Midràs* Traditio, quæ ſcriptis mandabatur, intelligitur. Hebræi enim Legem dividunt in ſcriptam, & non ſcriptam, vel alio nomine Oralem, videlicet ore traditam. Scriptam ajunt contineri in Pentateucho, ſeu quinque libris a Moſe compoſitis, Oralem vero contendunt a Moſe voce traditam fuiſſe, & a Moſe ad poſteros omnes numquam interrupta ſucceſſione derivatam. Primis temporibus agebat Cabbala de rebus ad Dei cultum, & Religionem ſpectantibus; a recentioribus autem Hebræis in nugas converſa eſt, & ad res impias, turpes, & fœdas etiam magno cum dedecore traducta. A R. Salomone *Cabbala* definitur, ut ſit מָסוֹרֶת וּמִנְהָג שֶׁקִּבַּלְנוּ מֵרַבּוֹתֵינוּ h. e. *Traditio, & conſuetudo, quam accepimus a Rabbinis noſtris.* Buxtorphius autem in Lexico Talmudico ait, Cabbaliſticam doctrinam eſſe arcanam, myſtice, & ænigmatice quodammodo propoſitam, de rebus Divinis, Angelicis, Theologicis, Cœleſtibus, & Metaphyſicis, de Angelis, & Spiritibus, miris ſymbolis, & arcanis docendi modis involutam, quam Joannes Picus Mirandulæ Comes, Joannes Capnion, ſive Reuchlinus, Archangelus de Burgo novo Italus, aliique magna ex parte revelare auſi ſunt. Eam dividunt in עִיּוּנִית *Hijunit*, h. e. *Theoricam*, & מַעֲשִׂית *Mahazit*, h. e. *Practicam*, de quibus conſulendi Auctores, qui huic ſtudio illuſtrando operam dederunt.

Legem Oralem Hebræi quomodo dividunt?

℟. Lex Oralis in duas partes ab Hebræis dividitur, in quarum altera Lex, & cæremoniæ explicantur; in altera vero profundiora Legis myſteria ex-

exponuntur, & hæc pars proprie ab iiſdem *Cabbala* appellatur. Ejus ſpecies tres enumerantur apud Auctores; quarum prima complectitur myſticam, & magis ſecretam Scripturæ expoſitionem, quam Hebræi volunt primo in monte Sinai Moſi a Deo fuiſſe traditam, a Moſe Joſuæ, a Joſue LXX. Senioribus, ab his Prophetis, a Prophetis Eſdræ, & Synagogæ magnæ, ab his tandem Rabbinis, & Judæis hodiernis. Altera ſpecies dicitur Cabbala practica, quæ tamquam Magica, & illicita prohibetur. Arbitrantur enim Judæi per hanc litteras, vel verba Sacræ Scripturæ detorquendo, & arcana ex iis eliciendo ſe poſſe miracula patrare, ægrotos ſanare, Dæmones in fugam conjicere, & alia hujuſmodi facere. Tertia ſpecies apud recentiores Judæos proprie dicta Cabbala ludit in verbis, punctis, & accentibus Sacræ Scripturæ, elicit ſenſus myſticos ex variis permutationibus, abbreviaturis, litterarum figura, numeris, & myſteria plerumque inania, & ſuperſtitioſa excogitat.

Quotuplex eſt hæc Cabbala?

℞. Rurſus in tres claſſes hæc Cabbalæ ſpecies diſtribuitur. Primam vocant Judæi גימטריא *Gbematrià*, qua per Arithmeticam litterarum ſupputationem explicant dictionem unam per alteram, ex cujus litteris idem numerus exſurgit; ſecundam dicunt נוטריקון *Notaricòn*, qua per litterarum compendium ſingulæ litteræ alicujus vocis totidem verba ſignificant, quæ habent eaſdem litteras in principio, vel in fine; tertiam appellant תמורה *Temurà*, ſcilicet permutationem, qua vel eodem litterarum numero manente, & ordine retento aliter litteræ componuntur; vel, litteris translatis, aliud vocabulum fit, quod primum explicat; vel una littera in alterius locum ſufficitur; exempli gratia א *Aleph* prima Alphabeti Hebraici littera pro ת *Tau* ultima, ב *Beth* ſecunda pro ש *Scin* penultima &c. a Cabbaliſtis collocatur, & adhibetur ad id, quod anxie quæritur, obtinendum. Cabbalæ porro hujuſce auctores non alios jure facies, quam ſuperſtitioſos Rabbinos, qui cum cæci cæcum populum ducant, ſimul cum eo in foveam ſe præcipitant, & in exitium, perniciemque ruunt voluntariam. Itaque Cabbala eſt ars vana, ridicula, ſæpe impia, & ſuperſtitioſa, ac propterea merito repudianda, cum nefas ſit in rebus Sacris ludere, & in eo ſtudio verſari; quod non recte intelligendis Sacris Litteris viam aperit, ſed potius iiſdem turpiter corrumpendis inſervit.

Non erit ab re hoc loco de עשר ספירות *Hèzer Sephiròth*, h. e. *Decem Numerationibus*, quibus tamquam fundamentis generalibus Judæorum Theologia innititur, aliquid addere, cum ex iis Rabbini arborem Cabbaliſticam conſtituant, ex cujus ramis Cabbala tota apud Hebræos originem ſuam traxit, quorumque adjumento Cabbaliſticæ Theologiæ ſtudioſi ſe ejus intimam, penitiſſimam, abſolutiſſimamque cognitionem aſſequi facillimo negotio glorian-

riantur. Juxta Reuchlinum autem lib. 3. Cabbalæ iſtæ *Decem* סְפִירוֹת *Sephiròth* ſunt Divina nomina, proprietates, notiones, ſeu attributa, quæ nos mortales de Deo concipimus, vel eſſentialia, vel perſonalia, vel notionalia, vel communia. Has סְפִירוֹת *Sephiròth* Auctor Præfationis in librum שַׁעֲרֵי אוֹרָה *Scaarè Orà* contendit ita appellatas a luce, & ſplendore. Ait enim. *Cabbaliſtæ tradiderunt, & ordine diſpoſuerunt nobis proprietates Divinas, vocaveruntque eas* סְפִירוֹת עַל שֵׁם הַזַּכּוּת וְהַבְּהִירוּת מִלָּשׁוֹן מַעֲשֵׂה לִבְנַת הַסַּפִּיר Sephiròth a puritate, & claritate, ex ſignificatione, *Opus lapidis ſapphirini* Exod. 24. 10. *Quemadmodum enim in re lucida conſpiciuntur formæ; ſic conſpiciuntur omnia in iſtis Sephiròth ſine additione &c.*

Hæc porro eſt hujus arboris Cabbaliſticæ, ſive Decem Sephiròth diſpoſitio.

כֶּתֶר *Chèter* h. e. *Corona*.

בִּינָה *Binà*, h. e. *Intelligentia*. חָכְמָה *Chochmà*, h. e. *Sapientia*.

גְבוּרָה *Ghevurà*, h. e. *Potentia*. גְדוּלָּה *Ghedullà*, h. e. *Magnificentia*.

תִּפְאֶרֶת *Tiphèret*, h. e. *Decor*.

הוֹד *Hod*, h. e. *Majeſtas*. נֶצַח *Nètzach*, h. e. *Victoria*.

יְסוֹד *Jesòd*, h. e. *Fundamentum*.

מַלְכוּת *Malcùt*, h. e. *Regnum*.

Apud nonnullos Rabbinos pro גְבוּרָה *Ghevurà*, & גְדוּלָּה *Ghedullà*, reperiuntur aliæ duæ dictiones, nimirum פַּחַד *Pàchad*, h. e. *Timor*, & חֶסֶד *Chèſed*, h. e. *Miſericordia*. Alii vero pro גבורה *Ghevurà* adhibent אַהֲבָה *Abavà*, h. e. *Amor*. Solent etiam Judæi ſuper vocem כֶּתֶר *Coronam* collocare has duas dictiones אֵין סוֹף *ſine fine*, h. e. *abyſſus*. Adeo vero ſolliciti ſunt Cabbaliſtæ, adeoque anxii in lapide Theologico in hac arbore, ejuſque implicatis ramis quærendo, ut cum iis collati Alchimiſtæ perquirèntes in cineri-

ri-

ribus lapidem Philoſophicum ludere, quaſique nihil agere videantur. De hac arbore, ſi placet, vide Reuchlinum lib. 1. & 3. Cabbalæ, & lib. 2. de Verbo mirifico cap. 8. Quod ſi quis deſiderio trahatur intelligendæ ſignificationis hujus arboris, neque Reuchlinum in promptu habeat, adeat Caput I. libri Italice inſcripti, *Le verità della Fede Criſtiana ſvelate alla Sinagoga con le Autorità de' più accreditati Rabbini, e confermate co' Teſti della Sacra Scrittura*, cupiditatique ſuæ plane ſatisfaciet. Hic autem liber Venetiis editus eſt anno 1741. Auctore Franciſco Maria Ferretti ab Ancona, qui antea Rabbinus, ut ipſe ait in fronte libri, mihique coram ſemel, atque iterum teſtatus eſt, nomine Sabbàt Naccamù, nuper, Judaica religione relicta, ad Fidem Catholicam tranſiit, quam utinam ad ultimum vitæ ſpiritum firmiter, conſtanterque retineat, neque ſcenæ pro Judaicæ gentis more & conſuetudine inſerviat. Circumfertur etiam liber inſcriptus *De Divinis Attributis, quæ Hebræi Sephiròth vocant*, conſcriptus a Cæſare Evolo Neapolitano, & Venetiis impreſſus apud Franciſcum Zillet 1583. in 8.

Adde aliquid breviter de פֵּירוּשִׁים Peruſchìm, *ſive Commentariis Biblicis Rabbinorum.*

℟. Secunda a Talmùde ſcripta maximi ab Hebræis habita ſunt פֵּירוּשִׁים *Peruſchim*, ſive Commentaria Biblica Rabbinorum, quorum genera quinque ab Abèn Ezrà recenſentur in Præfatione Rhythmica in Bibliis Buxtorphii Pentateucho præpoſita. Primus itaque modus commentandi a Rabbinis adhibitus eſt valde prolixus, ea omnia complectens, quæ ratione aliqua ad vocem illam pertinere videntur, cujus ſignificationem, & intelligentiam quærimus. Sic R. Iſaac occaſione *Lucis* duos libros in cap. 1. Geneſeos v. 3. totam Opticam continentes compoſuit; occaſione *Plantarum* v. 12. totum Herbarium deſcripſit; occaſione tandem *Animalium* v. 24. totam Phyſiſicam legentium oculis exhibuit. Sic R. Samuel ex illis verbis Geneſ. 28. 10. וַיֵּצֵא יַעֲקֹב מִבְּאֵר שָׁבַע *Et exivit Jacob ex Berſabee* anſam arripuit totius Itinerarii componendi. Sic R. Saadìas Gòan verſiculum 14. Geneſ. 1. interpretaturus de Aſtris mentionem facientem Matheſim totam explanavit, ac propoſuit. Hi omnes Chriſtianis nonnullis, ſed præcipue Arabibus Judæis ſimiles admodum ſunt, qui dum eruditos ſe, & omniſcios indoctis venditare conantur, plerumque immania volumina conſarcinant, ſcientias, ac diſciplinas temere confundentes. Hinc quis Haſelbachium in Academia Vienneſi Profeſſorem, de quo SchiKardus mentionem injicit, jure non derideat, ſanniſque non excipiat, qui viginti duorum annorum ſpatium in explicando Capite primo Iſaiæ inſumpſit, nec tamen ad umbilicum perduxit? Alter commentandi modus eſt ſuperiori plane contrarius, utpote qui ſoli Textui inhæret, Traditionibus Oralibus rejectis, quæ ad Legem divinam nihil omnino pertinent. Licet autem hæc commentandi ratio ab Abèn Ezrà

Ezrà rejiciatur, non eſt tamen prorſus contemnenda, cum Lex Oralis non detur, ac propterea Sacræ Litteræ ſecundum Textum explanandæ ſint. Tertius modus eſt allegoricus, quo pleraque in Bibliis occurrentia in allegorias transferuntur, jure ab Abèn Ezrà damnatus, cum per allegorias verus, ac germanus Sacrarum Litterarum ſenſus prætereatur, fictitiuſque nullum penitus in Textu fundamentum habens obtrudatur. Libenter concedo, allegorias veræ, & germanæ Sacræ Scripturæ ſententiæ innixas, & accommodatas non eſſe rejiciendas, at quis tacitus patienter allegorias abſurdas, abſonas, ineptas ferat a Judæis efformatas Textui ipſi plerumque contrarias? Quartus modus Cabbaliſticus eſt per litterarum in numeros reſolutionem, tranſpoſitionem, mutationem myſteria, & dogmata ex Sacris Litteris eliciens. Licet autem magni ab Hebræis modus hic habeatur, cum Cabbalam venerentur, nos omnino rejicimus, & deridemus, nefas rati rebus plane ridiculis, & nugatoriis fidem adjungere. Itaque non erit ab re exemplum hujus commentationis ob oculos ponere, ut clarius pateat, eam omnino contemnendam eſſe, proculque amandandam. Quærunt igitur, cur Moſis Pentateuchus a littera ב *Beth*, quæ eſt littera ſecunda Alphabeti Hebraici, incipiat. Alii ex Rabbinis alio inclinant. Sunt, qui volunt, Deum ad duos Mundos reſpexiſſe, cum ב *Beth* arithmetice *duo* ſignificet, videlicet ad Mundum, qui nunc extat, & ad Mundum Meſſiæ tempore, vel poſt Judicii diem futurum. Ex Cabbaliſtis vero alius per litteram ב *Beth* duplicem Legem, Scriptam videlicet, & Oralem, deſignari contendit; alius per eamdem duas hominis partes, animam, & corpus ſignificari vult; alius exponit, Deum Mundum cum בְּרָכָה *Beracà*, h. e. *Benedictione* creaſſe, cum hæc dictio ex littera ב *Beth* initium ducat. *Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?* Sic alii Cabbaliſtæ verſum primum Geneſeos ex ſeptem vocibus, & viginti octo litteris conſtare tradunt, quia Moſes ſeptem vocibus ſeptem Planetas, viginti autem octo litteris viginti octo Lunationes menſem conſtituentes indicare voluit. Alii vero arbitrantur, Moſem viginti octo illorum temporum rationem habuiſſe, de quibus Eccleſiaſtes cap. 3. mentionem facit. Apage nugas. Ultimus denique modus commentandi Biblia a Rabbinis inter Judæos magni nominis Abèn Ezrà, David Kimchì, & Scelomò Jarchì adhibitus Grammaticus eſt, ſive paraphraſticus, ex quo deinde aliquid ad inſtruendum populum eruitur, quæ ratio commentandi Biblia jure ab Hebræis, & Chriſtianis magni fit, ſi nonnullas fabulas a R. Scelomò Iarchì commentariis ſuis inſertas expungas.

Quinam fructus, & utilitas ex Rabbinorum Commentariis percipi poteſt?

℟. De uſu, fructu, & utilitate Commentariorum Rabbinicorum variæ, ſibique fere adverſantes inter Chriſtianos ſententiæ fuerunt. Si enim Riberæ ex inſigni, & eximia Societate Jeſu non ſolum de litteraria Republica, ſed potiſſimum de Chriſtiana Religione optime ſemper merita aures præbeas,

beas, in ejus Commentariis in XII. Prophetas, & in Proœmio in Sophoniam paſſim vellicantem, & carpentem Hebræos audies, utpote nugarum, ac fabularum appetentes, & ab omnium diſciplinarum ſtudio abhorrentes, ignorare eos Linguæ Hebraicæ proprietatem, & dictionum germanam ſignificationem, eſſe quidem in iis nonnulla, quæ prodeſſe poſſint, tot tamen, quæ noceant, ut ſatius ſit omnia prorſus abjicere, quam pauca utilia retinere. In eamdem prorſus ſententiam abiit Dominicus Garsìas in Complutenſi Academia Linguæ Hebraicæ Profeſſor in Libro inſcripto *Propugnacula Chriſtianæ Religionis adverſus perfidiam Judæorum* Rabbinos valde redarguens, nihili faciens, penituſque contemnens. Joannes vero Forſterus quam acriter, quam vehementer in Rabbinos invehitur, nulloque loco patitur conſiſtere tamquam homines bardos, quaſi ſtipites, & in ſumma rerum, Linguarumque omnium ignoratione verſantes? In manus ſume ejus Dictionarium, & Præfationem lege. Audin' quæ de Hebræis ſcribit, neque veretur aſſerere? *In quibus nulla lux, nulla notitia Dei, nullus ſpiritus, nulla ullius diſciplinæ, ſeu artis veræ, & ſolidæ ſcientiæ, nulla Linguarum, ac ne Hebrææ quidem cognitio. At quod ad Sacræ Scripturæ intelligentiam, atque ad Linguæ Hebrææ cognitionem attinet, præſtiterunt, quod laudem mereatur, omnino nihil. Nam Dictionaria, & Commentaria ipſorum plus obſcuritatis, & erroris in Eccleſiam Chriſti invexerunt, quam lucis, & veritatis.* Quis hæc legens crederet, ſibique perſuaderet, Forſterum præceptores Hebræos domi propriis impenſis, & de ſuo aluiſſe, niſi ipſe in ſuis ſcriptis id ſæpe palam faceret? Quamobrem Schikardus in *Becbinàth Happeraſcìm* Diſp. 6. ſentit, a Forſtero fortaſſe antiquos Rabbinos cum hodiernis collatos fuiſſe, & ex poſterorum ingenio antiquos æſtimatos. Addit præterea, fortaſſe Rabbinorum Commentaria a Forſtero non fuiſſe lecta, nonnulliſque propoſitis exemplis ſententiam ſuam contra Forſterum probare conatur.

Nonne ab aliis Chriſtianis eadem Rabbinorum Commentaria ad cœlum uſque efferuntur?

℟. Utique. Sic Divus Hieronymus, ſic Munſterus, ſic Fagius, ſic alii nonnulli multa in eorum laudem afferunt. Divus Hieronymus enim in Nahum cap. 2. inquit. *Teſtis eſt mihi Dominus, me Hebræorum ſequi expoſitionem, a quibus non modico tempore eruditus, debeo meis ſimpliciter indicare, quæ didici.* Munſterus autem in Bibliorum ſuorum Præfatione aſſerit, neminem ſine Rabbinorum adminiculo veram Sacrarum Litterarum cognitionem poſſe aſſequi; quod idem Fagius in Præfatione Exegeſ. 4. Cap. Geneſeos confirmat. Si in hac ſententiarum varietate nobis licet ingenue fateri, & libere proferre, quod ſentimus, ſtatuimus, Commentaria Biblica Rabbinorum ad Sacras Litteras penitus introſpiciendas, intimumque ipſarum ſenſum cognoſcendum non ſolum Chriſtianis lectu utilia eſſe, ſed quodammodo neceſſaria. In illis enim voces plurimæ tum quoad Grammaticam, tum quoad ſignificationem difficillimæ a Rabbinis optime explicantur; phra-

ſes variæ, dicendique modi in Veteri, ac Novo Teſtamento dubii clare exponuntur; ritus, de quibus obiter tantum in Sacris Litteris mentio fit, in ipſis fuſius proponuntur; multa loca in Veteri Teſtamento de Meſſia obſcure agentia in bono lumine collocantur; regionum, locorumque nomina, numiſmatum, ſolemnitatum, & Feſtorum ex cognitione ſcriptorum Rabbinicorum maxime illuſtrantur; omnino arma Chriſtianis contra Judæos ipſos in iis affatim ſuppeditantur. Legantur igitur Rabbinorum Commentaria, nocturna verſentur manu, verſentur diurna, cum ex eorum lectione perfectus Hebraici Textus ſenſus, & abſoluta Scripturæ Sacræ intelligentia profectura ſit, ad quam omne Linguarum ſtudium tendit, ac refertur.

Cum dixeris, præcipuos Bibliorum Commentatores fuiſſe apud Judæos R. Abèn Ezrà, R. David Kimchì, & R. Salomonem Jarchì, cedo, quales fuerint.

℟. Poſtulatio tua cum ex ſe honeſta ſit, & digna, cui reſpondeatur, efficit, ut nonnulla, quæ omiſiſſem, in medium afferam, eorumque eodem tempore, qui omnia, quæ ad Hebræos pertinent, ſcire deſiderant, cupiditati ſatisfaciam. Itaque R. Abèn Ezrà gente סְפָרַדִּי *Sepharadì*, h. e. *Hiſpanus* fuit, ut ipſe crebro ſe vocat, inſulamque Rhodum incoluit, ut ex ſubſcriptione Danieli adjecta, & Commentariis in Malachiam colligitur. Nomine integro appellatur רַבִּי אַבְרָהָם בַּר מֵאִיר אִבְּן עֶזְרָה h. e. *Rabbì Abraham filius Meir nepos Ezræ*, quod nomen a patre Meir, & avo materno Ezrà ſumpſit, a quo voluit potius denominari, quam a patre, ea fortaſſe mente, & conſilio, ut hujuſmodi nomine ſignificaret, ſe eſſe *auxilii lapidem*, ſicuti nomen innuit, juvandis hominibus propoſitum. Studium, & operam collocavit in commentando toto Veteri Teſtamento, quæ Commentaria ut plurimum lateri Textus Biblici non ſunt adjecta, ſed conjunctim fini multorum librorum appoſita. Sic ejuſdem Commentaria omnia in duodecim Prophetas minores ſimul copulata poſt Malachiam reperiuntur. Hujus auctoris legebatur etiam liber צַחוֹת *Tzachòth*, h. e. *Elegantiarum* ad rem Grammaticam pertinens, qui tamen neſcio quo fato non ſine magno Philohebræorum dolore periit. Ejus ſtylus conciſus eſt, ſubtilis, elegans, perſpicuus. Cum vero Aſtronomiæ peritiſſimus eſſet, Philoſophicis, & Mathematicis rebus ſubinde Commentaria ſua perſperſit. Rabbinus hic κατ' ἐξοχὴν propter eximiam Sacrarum Litterarum, & Philoſophiæ cognitionem ab Hebræis dicitur הֶחָכָם *Hechacàm*, h. e. *Sapiens*, eadem prorſus ratione, qua nos Ariſtotelem *Philoſophum* appellamus. Natus Chriſti anno 1030. ad annum 1105. vitam produxit, &, quod inde conſequitur, mortuus eſt ætatis anno ſeptuageſimo quinto.

Quid

Quid habes de R. David Kimchì?

℞. Rabbì David Kimchì ita dictus a patre R. Joſeph Kimchì ex Hiſpania etiam ipſe originem traxit, ejuſque familia magna nominis celebritate, & commendatione diutiſſime publicis Hiſpaniæ Scholis, magnæque Synagogæ inſerviit. Conſcripta ſunt ab eo Commentaria in univerſum fere Vetus Teſtamentum, quæ in omnibus Bibliis majoribus Hebræum Textum ſequi ſolent. Lexicon etiam Hebraicum, & Grammaticam publici juris fecit מִכְלוֹל *Michlòl* appellatam, eaque linguæ Hebrææ cognitione præditus fuit, ut, quidquid ad rem Grammaticam pertinens a Grammaticis Hebræis editum ad hanc diem conſpicitur, ejus laboribus, & ingenio fere totum tribuendum ſit. Gloriantur Hebræi, ab eo contra Chriſtianos librum compoſitum fuiſſe, ſed adhuc, quod ſciam, nemini datum illum videre. Comptus admodum, & elegans ſtylus ejus eſt, Grammaticiſque præceptis ſemper inſiſtens. Magni fit ab Hebræis præcipue ob Commentaria. Ex mentione vero, quam ſæpe de R. Abèn Ezrà tamquam amico, ſibique neceſſario in libris ſuis injicit, conjicitur, eum circa annum Chriſti 1190. floruiſſe.

Adde aliquid etiam de R. Scelomò Jarchì.

℞. Cur a Luna Hebraice יָרֵחַ *Jèrach* dicta Rabbinus hic יַרְחִי *Jarchì*, ſcilicet *Lunaris*, ſit appellatus, ne conjiciendi quidem locus cuiquam relinquitur. Vulgo ab Hebræis a primis nominis litteris רשׁי *Raſcì* nuncupatur. Patria Campanus Trecenſis fuit, qui vicus Galliæ Narbonenſis eſt non procul a Montepeſſulano, vulgo *Montpellier*. Gallum eum extitiſſe ſatis probant voces Gallicæ ab eo ſæpe adhibitæ, quibus dictiones Hebraicas, addito vocabulo בְּלַעַז *Belàbaz*, *barbare*, hoc eſt, Gallice, interpretatur, & exponit. Ejus Commentaria in totam Sacram Scripturam inſignita tribus litteris רשׁי *Raſcì* ſuperne appoſitis collocata ſunt in Bibliis Buxtorphii vel in margine interiori, vel exteriori, vel Textui ſubjecta. Talmudis etiam partem potiſſimam commentatus eſt, Codici obſcuriſſimo, tenebriſque undique circumfuſo maximam lucem afferens. Ejus Commentaria in Talmudis latere interiori imprimi conſueverunt. SchiKardus narrat, eum morte abreptum Commentaria hæc ad umbilicum perducere non potuiſſe, ac propterea in quarta Talmudis parte מַכּוֹת *Maccòth* dicta ſubſtitiſſe, propter quæ Commentaria κατ᾽ ἐξοχὴν nomine פַּרְשַׁנְדָּתָא *Parſchandàta*, hoc eſt *Interpretis*, per Antonomaſiam fuit ab Hebræis cohoneſtatus. Itaque reliqua Talmudis Commentaria ab ejus diſcipulo R. Jehudà Nathanis filio confecta ſunt. R. Scelomò Jarchì ſtylus implexus eſt, valde obſcurus, impurus, nimis conciſus, pauciſſimiſque verbis multa complectens. Ob hanc rem rectum exiſtimarunt

Digitized by Google

runt alii Rabbini in ejus Commentaria ביאורים *Biurim*, hoc eſt, *Elucidationes* ſcribere. Grammatica præcepta, & regulæ contra ejus ſcriptionem non uno in loco reclamant, fabulæque Talmudicæ, & nugæ Commentariis Biblicis ab eo inſertæ non mediocriter de ejus ingenio, & fama detrahunt. Tantam vero Rabbinus hic apud Hebræos auctoritatem habuit, ut propter ſingularem, & eximiam apud eos ſanctitatis, & ſcientiæ opinionem futuros eventus prædixiſſe feratur, parumque abſuerit, quin inter cæteros Prophetas ab iiſdem ſit numeratus. Obiit annos natus ſeptuaginta quinque magnum ſui deſiderium Judæis omnibus relinquens.

Nunc, quaſi e diverticulo in viam, iterum ad Paraphraſes Chaldaicas redeamus, tibique nec moleſtum, nec grave ſit docere, utrum omnes Veteris Teſtamenti libri habeant ſuas Paraphraſes Chaldaicas.

℞. In omnes Veteris Teſtamenti libros in Canonem Hebræorum relatos Chaldaicæ Paraphraſes extant, ſi excipias Danielem, Eſdram, & Nehemiam, ex quibus duo priores magna ex parte ex Lingua Chaldaica conſtant. Adde, nonnullos libros a duobus Paraphraſtis fuiſſe explicatos, atque adeo a tribus. Liber enim Eſtheræ duplicem habet Paraphraſim; Pentateuchus vero triplicem, unam ab Onkeloſo, alteram a Jonathane compoſitam, tertiam vero Hieroſolymitanam appellatam incerti auctoris.

Quos libros Hebræi in ſuum Canonem retulerunt?

℞. Omnes Sacræ Scripturæ libros tamquam Canonicos habent Hebræi, exceptis libris Machabæorum, Additamentis ad Eſtheram, & Danielem, Tobia, Judith, Baruch, Sapientia, Eccleſiaſtico, & Libro tertio, & quarto Eſdræ; qui tamen omnes, exceptis Libro tertio, & quarto Eſdræ, a Concilio Tridentino ſeſſione quarta cum omnibus partibus ſuis, prout in Eccleſia Catholica legi conſueverunt, & in Bibliis Sacris habentur, tamquam Sacri, & Canonici ſunt declarati.

Quid ſentis de Sacræ Scripturæ Libris, omnes ne Lingua Hebraica exarati ab Auctoribus ſuis fuerunt?

℞. Omnes Sacræ Scripturæ Libros Hebraice primum ſcriptos eſſe communis eſt Auctorum ſententia, Danielis Prophetia, & Eſdræ Hiſtoria exceptis, quorum maxima pars eſt Chaldaica. Sapientia, & Liber ſecundus Machabæorum Lingua Græca conſcriptus eſt; Tobias, & Judith primum Chaldaica. De Baruch ambigitur, an Lingua Hebraica compoſitus fuerit, cum nuſquam apud Judæos legatur.

Quid

Digitized by Google

Quid habes animadverſione dignum de OnKeloſo, & ejus Targùm in Pentateuchum?

℞. De Onkeloſo duplex præcipue Auctorum eſt opinio. Apud alios OnKeloſus idem eſt, ac Achilas; apud alios vero idem, ac Aquila. Aſt a veritate toto Cœlo utrique aberrant. Licet enim uterque Aquilas, & OnKeloſus Proſelyti fuerint, diverſo tamen tempore floruerunt. Onkelos enim ſub Hircano ante Chriſtum annis circiter quadraginta vixit, Achilas vero Titi Imperatoris ex ſorore nepos ſub Adriano, diruta urbe, & exciſa. Illi Paraphraſis in Pentateuchum, huic in Prophetas, & Hagiographa tribuitur, quæ hodie tamen non extat. De Aquila vero nullum dubium eſſe debet, cum juxta Theodoretum, & alios circa annum Chriſti centeſimum, & trigeſimum vixerit, & totam Scripturam in Græcum ſermonem tranſtulerit. Si ſtylum Targùm Onkeloſi ſcire deſideras, facilis, & ſimplex ad Eſdræ, & Danielis puritatem maxime accedit. Huic ſoli Paraphraſi, ut diximus, præter vocales accentus ſunt adjecti. Cæterum Paraphraſis hæc cæteris Paraphraſibus antiquitate, præſtantia, & facilitate longe antecellit; ex quo factum eſt, ut ſemper inter Judæos uſitatiſſima fuerit. Hic OnKelos videtur tantum ſcripſiſſe Paraphraſim in Pentateuchum, quidquid nonnulli contra dicant, cum revera nulla alia ejus nomine circumferatur. Quare Galatinus audiendus non eſt, dum inquit lib. 1. cap. 3. *Hic AnKelos* (pro *OnKelos*) *totam Bibliam* (pro *tota Biblia*) *in Chaldæum vertit*, *atque expoſuit*. Cum enim Galatinus admodum facilis ad credendum ſit, nulliuſque teſtimonio, & auctoritate innixus ſæpe multa proferat, valde cavendum eſt, antequam ipſi fides adjungatur. Paraphraſis porro Onkeloſi ſequitur κατὰ πόδα Textum Hebræum, & eadem fere verba numero continet, quæ Textus Hebræus, ſi excipias Geneſeos cap. 49. & pauca alia loca, ut apparet ex Bibliis editis Venetiis, Baſileæ, Hannoviæ, & in Anglia, quæ OnKeloſi Paraphraſim juxta Textum Hebræum exhibent, hac ratione Lectoris commodo maxime conſulentia, ejuſdemque laborem, & tædium imminuentia. Regia vero Biblia eamdem Textui ſubjiciunt. Hujus Paraphraſeos editiones variæ ſunt, multumque inter ſe differunt. Ex his facillima vulgo cenſetur, quæ a Buxtorphio edita eſt ſecundum punctationem in Daniele, & Eſdra uſitatam.

Cur inter Judæos OnKeloſi Paraphraſis uſitatiſſima fuit?

℞. Ex eo id factum, tum quia ſæpiſſime deſcripta, typiſque edita fuit, tum quia olim Judæis præceptum erat, ut qualibet hebdomade Sectionem ex hac Paraphraſi in Synagogis legerent, qui mos apud hodiernos Judæos adhuc obtinet. Id ex Elia Levita in Præfatione in מְתוּרְגְּמָן *Meturgbamàn* colligitur. *Antequam inveniretur ars typographica, non extabant Targumìn Prophe-*

phetarum, & Hagiographorum, niſi vel unum in Provincia, vel ad ſummum duo in univerſo climate. Propterea nec quiſquam erat, qui ea curaret. At Targùm OnKeloſi ſemper repertum eſt affatim. Et hoc ideo, quia nos tenemur legere qualibet hebdomade פָּרָשָׁה Paraſcham *bis, ſemel in Textu, & ſemel in Targùm.*

De Jonathane, & ejus Targùm quid obſervas?

℞. Jonathanis filii Uzielis habetur translatio Prophetarum priorum, & poſteriorum, excepto Daniele, Eſdra, & Chronicis, quorum duo priores partim Chaldaici, partim Hebraici ſunt. Tanta vero, & tam varia ſunt miracula a Judæis de hoc Paraphraſte efficta, ut ex iis liceat intelligere, eum maximo in honore, ac reverentia apud ipſos habitum fuiſſe. Et ſane, ſi veritatem amamus, inter meliores ejus Paraphraſis recenſenda eſt, nobiſque etiam Chriſti fidelibus maxime probanda, cum in ea multi Sacræ Scripturæ loci de Chriſto obſcure agentes admodum pie, ac religioſe explanentur. Deceptum autem eſſe Poſtellum, Fagium, & Serrarium aliud Jonathani Targùm in Pentateuchum adſcribentes, ſatis declarat varium dicendi genus, quod in utriſque Targumìn plane deprehenditur. Paraphraſis enim in Prophetas a Jonathane compoſita conſtat ex Lingua pura Chaldaica, & eleganti, habetque multa, quæ Chriſtianorum religioni favent; altera vero, præterquamquod fabulis ac nugis abundat, impuriſſima eſt, & ex dictionum Arabicarum, Græcarum, & Latinarum commixtione conflata.

Quo tempore floruit hic Jònathan?

℞. Annis centum antequam Templum ſecundum deleretur, & juxta nonnullorum ſententiam condiſcipulus Simeonis juſti fuit, qui Jeſum infantem ulnis complexus eſt. Hic Jonathan non eſt idem, ut multi contendunt, cum Theodotione Verſionis Græcæ Interprete, licet, quod attinet ad nominis ſignificationem, uterque inter ſe conveniat. De Jonathane ſæpe mentio fit in Talmude, diciturque fuiſſe inter octoginta diſcipulos Hillèlis ſenis illius celeberrimi, qui fuit doctor eximius, atque adeo primus Academiæ Hieroſolymitanæ. Huc pertinet illud, quod habetur in Talmudis Tractatu בָּבָא בָּתְרָא *Bavà Bathrà cap.* 8. *Tradunt Magiſtri noſtri, octoginta diſcipulos fuiſſe Hillèli ſeni, triginta ex illis dignos, ut habitaret ſupra eos Spiritus Sanctus, ſicuti ſupra Moſem præceptorem noſtrum, ſupra quem eſt pax; triginta vero ex illis dignos, ut ſtet ipſis Sol, ſicuti Joſuæ filio Nun; viginti autem intermedios. Maximus ex illis omnibus Jònathan filius Uzielis fuit, & parvus R. Jònathan filius Zaccài.* Cum itaque Hillèlis diſcipuli ſinguli præſtantiſſimi fuerint, vides, quanti Jònathan habitus a Judæis fuerit, cum dicatur inter celeberrimos maximus, vulgoque apud eoſdem credatur,

do-

Digitized by Google

doctrinam ſuam a Prophetis Aggæo, Zacharia, & Malachia hauſiſſe. Quod ſi quis mira in Jonathanis gratiam patrata ſcire deſiderat, Talmudis Tractatum בָבָא בַתְרָא Cap. 8. & מְגִלָה Cap. 1. adeat, atque inter cætera leget, muſcam chartæ inſidentem, dum Jònathan Targùm ſcriberet, charta illæſa igne e Cœlo delapſo abſumptam fuiſſe; terram Iſraelis ad multos mille paſſus terræ motu concuſſam, & Angelos ad eum audiendum in terras deſcendiſſe. At quis ſanæ mentis tantas Judæorum inſanias non derideat?

Quid vero ais de Targùm Hieroſolymitano?

℞. Targùm Hieroſolymitani ita dicti vel ab urbe, ex qua prodiit, vel a dialecto, qua exaratum, incertus omnino, ac plane ignotus Auctor Judæis ipſis exiſtit. Nonnulli exiſtimant, ab uno Auctore tantum fuiſſe compoſitum; SchiKardus vero ab uno collectore ex pluribus Auctoribus conſarcinatum ſentit. Incertum pariter eſt, quo tempore compoſitum fuerit. Certe ex ejus ſtylo impuro conjicitur, aliquot ſaltem ſæculis poſt OnKeloſum, & Jonathanem ſcriptum fuiſſe. Stylus enim Linguæ Hebraicæ, & Chaldaicæ ſimul commixtæ quo impurior, eo recentior. Etenim Lingua Chaldaica, quæ erat in uſu Judæis ſtatim poſt captivitatem Babylonicam, ea purior erat, quam adhibuerunt Judæi inter Romanos, alioſque populos degentes, cum multæ voces barbaræ iis propriæ ob quotidianam familiaritatem uſurpatæ cum Lingua Chaldaica immixtæ fuerint. Hinc Elias in Præfatione *Methurgbamàn* inquit. *Ingens eſt differentia inter Tàrgùm Hieroſolymitanum, & Babylonicum. Illud enim abundat pluribus vocibus Babylonicis, Græcis, Romanis, atque Perſicis.* Interruptum, & mutilum opus eſt, cum identidem multos Hebraicos verſus ſine translatione omittat, aliquando diutius, quam par eſt, in explicandis aliis verſetur.

Targùm, ſeu Paraphraſis in Hagiographa qualis eſt?

℞. Targùm in Hagiographa a multis R. Joſe, ſeu Joſepho, quem tradunt Talmudiſtæ cæcum, ſeu verius luſcum fuiſſe, attributa, cum multis vocibus Græcis, Latinis, Syriacis ſcateat, impuriſſima eſt. Ex quo fit, ut iſtarum Linguarum auxilio deſtituti ad illius perfectam intelligentiam nullo modo poſſint pervenire. Hanc Paraphraſim jure Commentarium potius appellare potes, præcipue in Cantico Canticorum, Ruth, Threnis, Eccleſiaſte, & Eſthera, cum in ea verbum verbo non reddatur, ſed ſæpe ſingulæ voces multis ſententiis, aliquando periodis integris explicentur. Præterea in ea abſona, & ab Hiſtoriæ veritate abhorrentia non ſemel inveniuntur. Extat in Eſtheram altera Paraphraſis & ipſa Commentarii nomine donanda. Utraque in ſermonem Latinum translata edita eſt Londini 1665.

Qua

Qua pollent auctoritate Targumìn, ſive Paraphraſes Chaldaicæ?

℞. Si Judæos audimus, Targumìn præſertim OnKeloſi, & Jonathanis divinam auctoritatem tribuunt, cum a Moyſe, & Prophetis originem eas trahere contendant; ſed hoc falſum eſt, cum humano ſtudio, & induſtria confectæ ſint. Nolim autem quemquam exiſtimare, nos, cum dicimus, Targumìn, ſeu Paraphraſes Chaldaicas ſtatim a captivitate in uſu eſſe cæpiſſe, de iis Paraphraſibus loqui, quæ hodie in Polyglottis inveniuntur. Eas enim admodum recentiores eſſe conſtanter defendimus. Cæterum liberaliter concedendum eſt, reliquis omnibus Polyglottis Anglicana Biblia longe antecellere, lauſque maxima jure merito iis tribuenda, qui operam ſuam in iiſdem edendis inſumpſerunt, cum multa menda, quæ in aliis Paraphraſium Chaldaicarum editionibus paſſim occurrunt, omnino ſuſtulerint, eaſque priſtinæ ſuæ integritati, & decori reſtituerint.

Quodnam emolumentum, quoſque fructus afferunt Targumìn?

℞. Maximus ex Targumìn uſu fructus percipitur. Vaticinia enim Prophetarum de Chriſto fideliter in iis explanantur; Fides noſtra ſtabilitur; integritas Textus Hebraici confirmatur; loci obſcuri, & difficiles enodantur; germana vocabulorum ſignificatio aperitur; denique antiqui ritus, cæremoniæ, & hiſtoriæ ex majorum traditione acceptæ a Paraphraſtis ob oculos ponuntur. Publicam autem Paraphraſium Chaldaicarum una cum Textu Biblico lectionem in Synagogis ſingulis Sabbathis incæpiſſe eo tempore Simeon de Muis cum aliis cenſet, quo poſt captivitatem Babylonicam Textus Hebræi lectionem lingua vernacula Chaldaica Rabbini explicare cæperunt.

Cur Textus Hebraicus purus, & integer ſemper manſit, Paraphraſes vero Chaldaicæ corruptionem multis in locis paſſæ ſunt?

℞. Summo Dei beneficio, & Masòræ adjumento, quæ ab Hebræis סְיָג לְתוֹרָה *ſepes Legis* appellatur, Biblia Hebraica ad hanc uſque diem incorrupta, & integra permanſerunt; in Chaldaicas autem Paraphraſes maculæ, & errores irrepſerunt ex frequentibus Judæorum e patria expulſionibus, ſcribarum deſcriptionibus, bibliothecarum combuſtionibus, & Imperiorum ruinis. Hæc vero Paraphraſium corruptio infertur ex multis lectionum varietatibus inter varias editiones intercedentibus, & ex variis locis ex Paraphraſibus citatis, quæ in iis modo non extant.

Cum

Cum dixeris per Masòram integrum ſemper conſervatum fuiſſe Textum Hebraicum, cedo, quid eſt Masòra?

℞. Masòra juxta Hebræorum definitionem eſt critica ſacra, qua ſcriptionis, & lectionis varietas per totam Scripturam traditur, quoties, quo loco, & qua forma unaquæque dictio, verſus, & littera invenitur, a Maſorethis Academiæ Tiberienſis Doctoribus excogitata, ut per eam Sacrarum Litterarum lectio ab omni macula, corruptione, & mutatione immunis ſervaretur. Verſatur autem Masòra circa verſus, circa litteras, & circa vocales, & accentus.

Quibus auxiliis inſtructus Lector debet accedere ad Paraphraſes Chaldaicas?

℞. Linguæ Hebraicæ cognitione imbutus ad Linguam Chaldaicam, Paraphraſeſque Chaldaicas accedat, cum nemo ad perfectam Linguæ Chaldaicæ intelligentiam poſſit pervenire, qui ſaltem mediocriter Linguam Hebræam non calleat, propterea quod Lingua Hebræa aliarum Linguarum Orientalium mater eſt, & arctiſſimo vinculo cum Chaldaica conjuncta. Cum autem a facilioribus in re qualibet initium ducendum ſit, Textum Chaldaicum Danielis, & Eſdræ Lingua Chaldaica puriſſima conſcriptum primum aggrediatur, poſtea ad ipſas Paraphraſes tranſitum faciat, & OnKeloſi Paraphraſim in Pentateuchum utpote cæteris faciliorem perlegat, illi deinde adjiciat Paraphraſim Jonathanis in Prophetas, denique ad cæteras quaſlibet progrediatur. Cognitioni autem acquirendæ Chaldaicarum Paraphraſium, & aliorum Rabbinicorum librorum maxime accommodatum erit Lexicon hoc meum ad publicum commodum publici juris factum. Cæterum ad Paraphraſes præcipue Hagiographorum intelligendas requiritur etiam Lingua Græca, & Latina, cum in iis verba ex illis Linguis petita licet corrupta ſubinde legentibus occurrant.

Doce quibuſnam in libris typis mandatis Paraphraſes Chaldaicæ inveniantur.

℞. In Bibliis Buxtorphii in folio editis ſemper e regione Textum Hebraicum ſequitur Paraphraſis Chaldaica, Pentateucho excepto, cujus Paraphraſis Hieroſolymitana ad calcem Bibliorum rejecta eſt poſt libros Chronicorum. In Complutenſi, ſive Ximeniana Bibliorum editione reperitur ſolummodo Pentateuchus Paraphraſi Chaldaica inſtructus. Omnibus vero Paraphraſibus ornata ſunt Biblia ſacra Hannoviæ, Londini, Amſtelodami, Antuerpiæ, & Pariſiis edita. Habemus etiam Paraphraſim Chaldaicam in librum primum Chronicorum anno 1680. impreſſam, & in alterum anno 1683. utramque Auguſtæ Vindeliciorum apud Theoph. Goebelium, aliaſque alibi.

Adde aliquid de Lingua Chaldaica, ac primo unde nomen nacta ſit.

℞. Ita appellata fuit Lingua Chaldaica a Cheſed filio Nachor fratris Abraham, a quo dicti fuere כַשְׂדִּים *Chaſdìm*, hoc eſt, *Chaldæi*, quibus hæc lingua vernacula. Hujus nominis origo probatur etiam D. Hieronymo in Traditionibus in Geneſim. *Cheſed quartus eſt a Noe, a quo Chaſdìm, hoc, eſt, Chaldæi poſtea vocati ſunt.* Pro varietate autem regionum, & locorum, in quibus floruit, diverſis appellata eſt nominibus. Sic dicta eſt a Babylonia Babylonica, Syriaca a regione Syriæ, Aramæa ab Aram, & ab Aſſyria Aſſyriaca. Vocatur etiam aliquando Hebræa, in Novo videlicet Teſtamento, quia poſt captivitatem Hebræi illa familiariter uſi ſunt.

Da antiquitatem, & dignitatem Linguæ Chaldaicæ.

℞. Ea eſt Linguæ Chaldaicæ antiquitas, ut cum ipſa Hebræa de principatu contendat, aſſeratque Erpenius, adhuc ſub judice litem eſſe. Dignitas vero, & ejus amplitudo potiſſimum commendatur ex eo, quod ea multa Spiritus Sancti eloquia conſcripta fuerint, & Babyloniis, atque Aſſyriis vernacula fuerit, quorum imperium vaſtiſſimum, & poſt diluvium primum, ac florentiſſimum.

Utilis ne eſt Lingua Chaldaica?

℞. Utilitas, & emolumentum Linguæ Chaldaicæ ex eo colligitur, quod omnis aliarum nationum ſapientia a Chaldæis originem traxit, omneſque ſcientiæ ab Oriente in reliquas terrarum partes ſunt propagatæ. Cur autem hodie arctis admodum, & anguſtis finibus hæc Lingua circumſcribatur, illud in cauſſa eſt, quia maxima ex parte ejus monumenta miſere perierunt. Verumtamen multa adhuc extant verba Chaldaica in Job, Proverbiis, Jeremia, & alibi præter nonnullas Sacræ Scripturæ partes. Voces etiam Linguæ Hebrææ obſcuræ, & locutiones peculiares per Chaldaicam Linguam clare explanantur. His adde Sacrarum Litterarum Paraphraſes hac Lingua, licet corrupta, conſcriptas, ſexcentos Rabbinorum, & aliorum Judæorum libros, quorum intelligentiam nemo hujus Linguæ ignarus umquam aſſequi poterit.

Lingua Chaldaica eſt ne Linguæ Hebraicæ dialectus, an vero Lingua ab illa omnino diverſa?

℞. Si proprie, & ſtricte loquamur, Linguæ variæ, ac diverſæ ſunt, non dialecti. Si enim Hebraicam calleas, Chaldaicam non intelliges. Quare D. Hieronymus Hebraicæ Linguæ omnium ſuffragio peritiſſimus judicatus in Præfatione in Danielem fatetur, ſe multa tædia paſſum, ut Chaldaicam Linguam

Digitized by Google

guam addiſceret. Varias etiam eſſe Linguas neceſſe eſt, cum varia ſit Nominum, ac Verborum flexio, varia etiam conſtructio, diverſæ dictiones, & vocabula utrique Linguæ propria, & peculiaria. Præterea id colligitur ex Jeremia cap. 5. v. 15. & aliis Scripturæ Sacræ locis, ubi Deus minitatur, ſe adducturum gentem, ſcilicet Chaldæos, ſive Aſſyrios contra Hebræos, cujus Linguam non intelligent. Tandem cum Babyloniæ Rex præceperit, ut ex Judæis pueri quidam decori forma, & omni ſapientia præſtantes eligerentur, ut Linguæ Chaldææ darent operam, profecto liquet, Linguam Chaldæam ab Hebræa ſeparatam eſſe, atque ſejunctam. Neque ullum negotium faceſſit Philo aſſerens, a Septuaginta Interpretibus Sacras Litteras ex Chaldaico ſermone in Græcum verſas, cum Bellarminus lib. 2. de Verbo Dei cap. 6. id aſſeruiſſe eo conſilio Philonem ſentiat, *eo quod Linguæ ſint affines, & notior tunc eſſet Chaldæa propter imperium Aſſyriorum, quam Hebræa*. Itaque ex hactenus dictis quilibet facile intelligit quantæ utilitati Chriſtiano orbi Lingua Chaldaica eſſe poſſit, quantoque adjumento iis præſertim, qui eloquia divina aliis exponere, & explicare tenentur.

Quæ hactenus docuiſti, utpote ſcitu maxime digna, memoriæ mandare enixe conabor, iiſque, cum res, & neceſſitas poſtulabit, me uſurum ſancte profiteor; ſed, ut tibi, quod ſentio, libere fatear, mihi ab Heterodoxis, & ejuſdem furfuris hominibus valde timeo, qui omnes artes, & techuas adhibent, omnes dolos nectunt, ut nos Chriſti fideles decipiant, & circumveniant, Romanamque Eccleſiam, quam ſentiunt ſe labefactare non poſſe, ſaltem commoveant.

℞. Res iſthæc, & cogitatio nullum tibi timorem faciat; nulla cura, nulla ſollicitudine propterea angaris; tibi, amicis, patriæ, Religioni, ſi occaſio feret, illuſtre erit cum Heterodoxis contendere, & digladiari; glorioſa, & magnifica tua poſtea de iiſdem victoria ſine ullo dubio prædicabitur. Rerum enim magnarum, & illuſtrium illud ſemper fatum fuit, ut multos, magnoſque adverſarios haberent, a quibus tamen tantum abeſt, ut ullum umquam detrimentum, vel periculum paſſæ ſint, ut etiam inde magis magiſque earum magnitudo creverit, & gloria. Ut de cæteris taceam, Eccleſiæ naſcentis incunabula pauliſper animadverte; immenſum opus infirmiſſimis, ut videbatur, innixum fundamentis conſidera; ab exiguis profectam initiis paulatim adoleſcentem, paulatim coaleſcentem animo ſequere; robuſtam jam, confirmatam, & omnino ſtabilitam perpende; unde tam admirabiles progreſſus, & incrementa, niſi ex infenſiſſimis ipſius adverſariis, & hoſtibus nata cognoſces? Ipſi nimirum, (quis crederet, niſi tam manifeſte pateret?) ipſi in cauſſa fuerunt, ut ad tantam magnitudinem eveheretur; ipſi effecerunt, ut deſidentes identidem mores, labenſque ſubinde diſciplina excitaretur; ipſi quodammodo coegerunt, ut ingruentibus vitiis ſtatim opportuna, ac præſentiſſima remedia adhiberentur. Deo enim ita volente, novis ſuccreſcentibus adverſariis nova, & firmiſſima propugnacula ſunt oppoſita, Viri videlicet omnibus ſubſidiis, & adjumentis inſtructi, quorum pietate, inge-

genio, induſtria reluctantium vis adeo contuſa, pervicacium temeritas adeo repreſſa eſt, ut, quod in cæteris rebus plerumque verum eſſe ſolet, in Eccleſia falſiſſimum prorſus ſemper fuerit, in pejus omnia ruere, *& retro ſublapſa referri*. Quod ſi ulla in re profligatorum, & nequam hominum furor, & dementia debacchari auſa eſt, certe ad depravandas, & corrumpendas Sacras Litteras potiſſimum Religionis, & pietatis fundamentum omnis lapis ab iis motus, omnes conatus, & vires adhibitæ. Licet enim quæ in iis traduntur, ita plerumque aperta ſint, & manifeſta, ut ex ſe pateant; vel ſi quædam ſunt ſubobſcura, & imbecillo nonnullorum captui parum accommodata, ita a Sanctis Patribus illuſtrentur, ut de iis nullus omnino dubitandi locus relinquatur; ſemper tamen extitere qui vel ipſius veritatis odio, vel perverſa quadam rebus omnibus adverſandi libidine nodum, ut ajunt, in ſcirpo quærere, & iis temere obluctari auſi ſunt, quæ Sole ipſo clariora ſunt, & illuſtriora. Sed quorſum eorum conatus evaſerit, & quomodo cum Phrygibus ſero ſapere coacti fuerint, ii plane intelligunt, quibus cum iis congredi datum eſt, eorumque inanes, futiles, ridiculas rationes, ineptas Sacrarum Litterarum interpretationes, ſeu potius detorſiones perpendere, quibus ſuam inſcitiam, temeritatem, & impudentiam aperte prodentes, ſe omnibus impune deridendos, cachinniſque excipiendos cæco quodam impetu acti præbent, & offerunt.

AN.

Digitized by Google

ANTONII ZANOLINI
LEXICON
CHALDAICUM

Voces omnes complectens, quæ in Targumìn, ſive Paraphraſibus Chaldaicis continentur, videlicet Onkeloſi in Pentateuchum Moſis, Jonathanis in Prophetas, & aliorum Auctorum in Hagiographa, Targùm Hieroſolymitani, Jonathanis alterius in Legem, & Targùm alterius in librum Eſther.

Paſſim autem varia vocabula, & eruditiones Rabbinicæ ei inſertæ ſunt Philohebræis maxime inſervientes.

CALCI SINGULARUM LITTERARUM ADJECTUM EST BREVE LEXICON RABBINO-PHILOSOPHICUM.

INCIPIENTIA

Ab א

א *Littera conſonans tum apud Chaldæos, tum Hebræos, tum Syros, tum Arabes, tum Samaritanos eſt indicium Arithmeticum unitatis.*

אָב Abh. *Nomen eſt menſis* Julio *reſpondentis, qui eſt quintus in anno, ſi initium ducatur a Martio, qui primus menſis anni ſacri a Deo* Exod. 12. *eſt inſtitutus. In Targùm ſecundo* Eſth. 3. 7. *Apud Talmudicos* אָב *eſt genus ornamenti muliebris variegati, diverſorumque colorum.*

אֲבָא, אֲבָה Velle, acquieſcere, deſiderare.

לָא אֲבָא Nolle.

אַב, אַבָּא Pater: avus, proavus. Exod. 2. 18. *Cum aff.* אֲבוּךְ Pater tuus. Dan. 5. 11. *Plur.* אֲבָהָתָא, אֲבָהָן Patres, majores.

res. *Cum affixo* אֲבָהָתָנָא Patres noſtri אֲבָהָתָךְ Patres tui.

אבב *Pahel* אַבֵּב Fructus producere.

אִבְּבָא, אִבָּא, אִנְבָּא. Fructus, germen, fructus recens. *Plur.* אִבְּבַיָּא Fructus novi. 1. Reg. 6. 38. Κατ' ἐξοχὴν *per hanc vocem* אִבָּא *opus quodlibet eximium etiam deſignatur.*

אֲבִיבָא, אָבִיב Ariſta, ſpica. *Item nomen menſis* Martio *reſpondentis.*

אַבּוּבָא Organum, fiſtula, tibia, *inſtrumentum quodlibet in Eccleſiis præcipue uſitatum.*

אֲבַד Perire. *Pahel.* אַבֵּד Perdere, diſſipare. *Aphel* אוֹבֵד idem. *Infin.* לְהוֹבָדָה ad perdendum & *in* א Eſth. 3. 13. תְּהוֹבֵד perdes. Dan. 4. 24. *Hophal* אוּבַד Perditum eſt. Dan. 7. 11.

אֲבֵדָא, אֲבָדְתָא Perditio, res amiſſa.

אַבְדָנָא, אָבְדָנָא, אוּבְדָנָא, יוּבְדָנָא Idem.

אֲבִידוי *Vox peregrina in Jonathane* Numer. 34. 6. *Nonnulli exiſtimant legendum eſſe* אֲבְרְזוי.

אִבּוּ *Avis immundæ ſpecies.* Levit. 11. 19. *In Onkeloſo.* Deut. 14. 13. *In Jonathane, & Targum Hieroſolymitano. Aliis* milvus, *aliis* pica.

אבט אֲבַטִּיחַיָּא *Vide in* בטח.

אֲבַל Lugere. *Ithpahel* אִתְאַבַּל idem. *Luctus autem apud Hebræos ſignificabatur facie triſti, veſtimenta lugubri, jejunio, & fletu.*

אֲבֵלָא Lugens. *Plur.* אָבְלִין, אָבְלַיָּא Lugentes.

אֲבֵלָא, אָבְלָא. Luctus. *Hinc abollæ, veſtis Tragicæ nomen, nonnulli deductum volunt. Fuit etiam Philoſophicæ veſtis genus.* Juven. Sat. 3. audi facinus majoris abollæ. *Item veſtis Senatoria, & militaris fuit. Plur.* אֶבְלִין.

אוּבְלָא Idem. *In Targum Jonathanis.* Gen. 7. 10.

אֲבֵלוּתָא, אֶבְלוּ Idem.

אֲבוּלָא Porta: murus. *Plur. cum aff.* אֲבוּלֵיכוֹן Portæ veſtræ. *In Jonathane* Deut. 28. 52.

אִבּוּל Horreum.

אַבְלִינָא *Lignum ſpiſſiſſimum, ac graviſſimum cariem non ſentiens.*

אַבְלוּנִית *Nomen loci.*

אבם אֶבְמוּסוֹס *Græce* Ἔμμουσος. Litteris inſtructus.

אֶבֶן, אֶבֶן, אַבְנָא Lapis. *Hinc* אֲבֶן טָבָא Gemma. Exod. 24. 10. *Plur.* אַבְנִין Lapides. *Emph.* אַבְנַיָּא. *In Targum* אֶבֶן שַׁעְיָא Index horologii.

אַבְנִיתָא Milvus, *avis immunda. In Talmud Hieroſolymitano.* Deut. 14. 18.

אֲבֵן *Apud Judæos Hiſpanos cognomen familiæ inſignis, ideo ei inditum, quia omnes ex ea linguæ Arabicæ ſtuduerunt.*

אֲבַסְקְנְטָה *Eſt nomen proprium viri.*

אבץ, אוּבְצָן, אוּבְצָנָא Labor, defatigatio. *In Jonathane* Num. 12. 2.

Stan-

אַבְצָא Stannum. Num. 31. 22.

אֲבַק, אַבְקָא Pulvis. Deut. 28. 24. *Apud Talmudicos* אֲבַק רִבִּית Pulvis fœnoris, *eſt uſura ſubtilis, ut vix uſura eſſe cognoſcatur.*

אֲבוּקָה Fax.

אָבָק Ligamen, ligula.

אֲבַק Ligavit, colligavit. *Pahel* אַבֵּק idem.

אבר אֲבָר, אַבְרָא Membrum: os, oſſis. Job 2. 4. ala, penna. *Per ſynecdochen* membrum genitale marium *apud Rabbinos præcipue. Plur.* אֶבְרִים membra: alæ. *Hinc Verbum*

אִתְאַבַּר Volare. Job 39. 26.

אֲבַר, אֲבָרָא, אַבְרָא, אֲבָרָא Plumbum.

אַבְרוּמָה Abramis, *Cyprinus latus.*

אוֹבְרִיזִין Obryzum, aurum optimum.

אַבְרַזְקִין Femoralia. *In Targum Hieroſolymitano.* Exod. 28. 42.

אברקין, אברסקין Subligacula, braccæ.

אֲגַב *Vide in* גב. אַגַּבִּי juxta me.

אגד אַגְדְנָא Abſynthium. *In Jonathane.* Deut. 29. 17.

אֲגָה *Vide in* נגה.

אֲגַת *Vide in* נגת.

אֲגַל Inquinare, maculare.

אַגְלָא Agla. *Nomen Dei Cabbaliſticum. Componitur ex primis litteris harum dictionum.* אַתָּה גִבּוֹר לְעוֹלָם אֲדֹנָי *h. e.* Tu potens es in ſæculum Domine.

אַגְלִינִין, & אגאלינין Angeli.

אֲגַם Triſtem, mæſtum eſſe. Jobi 30. 25. *Apud Rabbinos* abire.

אֲגַם Stagnum. *Plur.* אֲגַמִּים Stagna. *Emphat.* אַגְמַיָּא ſtagna.

אַגְמוֹן Juncus. Iſa. 58. 5. Reſtis ex juncis confecta: *nonnullis* hamus, uncus.

אגן אַגַּן, אַגָּנָא, אַגַּנְתָּא Crater, ſcyphus, phiala. *Plur.* אַגָּנִין Phialæ. *Emphat.* אַגָּנַיָּא Foveæ, lacus. Jud. 4. 11. *Conſtr.* אַגָּנֵי.

אוֹגָנָא Crater: labrum, lacus; *ſcilicet vaſis genus:* orbis. *Hinc* אוֹגָנָא דְסִיהֲרָא Crater Lunæ, *ſeu* circulus Lunæ. Cant. 7. 3. *Nonnulli exponunt*, ſicut phiala rotunda.

אַגַּן *Vide in* נגן.

אגס אֲגַס Calumniari, rapere.

אָגָס, & אוֹנָאגִים Pyrum.

אַגוּסְטָה, & אַגוּסְתָּא Auguſta, Imperatrix.

אֲגַף *Vide in* נגף.

אֲגַר Mercede conducere. *Ex Pahel* וְאַגְּרַנִי Et mercede conduxit me. Judic. 18. v. 4. *Hithpah.* אִתְאַגַּר *vel* אִתְּגַר *ex Ithpeh.* mercede conduci: mercedem accipere.

אָגוּר Agur. *Nomen proprium viri.* Prov. 30. 1. *Rabbini ita eum dictum volunt a Verbo* אגר colligere, *quia ſapientiam, & Legem collegerit.*

אֲגִיר, אֲגִירָא Mercenarius, mercede conductus. *Item* merces, præmium. Eccleſ. 1. 3.

אֲגַר, אַגְרָא Merces, præmium: ſeipio, ba-

baculus. 2. Sam. 3. 29. *Plur.* אגריא Præmia. Geneſ. 49. 1. *in Jonathane*. *Apud Rabbinos* lucrum, *vel rei cujuſque eximium*.

אגר, אגרא Tectum. *Plur.* אגרין Tecta. *Emphat.* אגריא Tecta.

אגרא, אגרתא Epiſtola. *Plur. fœm.* אגרן, & *maſc.* אגרין Epiſtolæ.

אגרת בקורת *Apud Rabbinos, & Talmudicos vocantur litteræ, quæ publice affiguntur, aut promulgantur de venditione domus, aut agri alicujus per auctionem facienda. Exemplar autem harum litterarum eſt hujuſmodi* שדה או בית פלוני עומד לימכר בכך וכך סמון יהלימי שירצה להוסיף יבוא ויתן *h. e.* Ager, vel domus hæc venum it, venditioni exponitur pro tali, & tali pecuniæ ſumma; qui aliquid cupit ſuperaddere, veniat, & det.

אגריסטוס Agreſtis, ſylveſter.

אגיריסין *Nomen cacodæmonis*.

אגר, אגרא. Tumulus, cumulus. *In Bibliis Venetis legitur per* ד.

אגריס Agreſtis. *Plur.* סוסון אגריסין Equi agreſtes. Jerem. 5. 8. *In Bibliis Regiis vertitur locus hic*, equi emiſſarii.

אדם Adam, homo. *Primi hominis nomen, quem Deus in Paradiſo creavit*. Gen. 1. 27.

אדם, אדם Sanguis.

אדמא, אדמתא Terra, *propric rubra*.

אדומה Rubra bilis, cholera.

אדומי Edumæus. *Plur.* אדומיים, & אדומאי Edumæi. Gen. 36. 9. Ezech. 36. 5.

מאדים Mars *planeta, præ cæteris rubens, & juxta Aſtrologos rubicundos gignens*.

אדן Salix, *aut ſpecies ſalicis, cui lanugo adnaſcitur*.

מאזנין Lances. Eccleſ. 2. 8.

אדרגזריא Senatores, proceres Regni. Dan. 3. 2.

אדן אדן, אודנא, אדנא Auris. *Plur.* אודנין aures. *Talmudiſtis* manubrium, anſa.

אדין Tunc. *Sæpe ab initio per pleonaſmum ei additur* ב, *ut* באדין tunc. Dan. 2. 12.

אדק Adhærere, cohærere. Thren. 4. 8. *Tibpah.* אתאדק Idem. Job 41. 8. 14 & Deut. 28. 60. *In Jonathane*.

אדר, *vel* אדר Adar. *Nomen menſis duodecimi reſpondentis* Februario. *Quarto quolibet anno duplex eſt. Hinc* ואדר Februarius ſecundus, *videlicet emboliſmicus, ſive intercalaris. Prior appellatur* Adar primus, *alter* Adar ſecundus, *ſive* poſterior.

אדר, אדרא Area, horreum. *Plur.* אדרין areæ, horrea. *Emphat.* אדריא Areæ, horrea.

אדרא *Arboris ſpecies. Aliis* ficus, *aliis* ſalex. *In Targum ſecundo. Nonnullis* cedrus.

אדרכון Drachma.

אדרון Cubiculum, conclave: cœnaculum. *Plur.* אדרונין Cubicula. *Conſtr.* אדרוני Job 9. 9.

אֲרַרְקִי Generoſulus.

אהל אֲהָלָא Smegma, ſapo. Job 9. 30. *Apud Talmudicos reperitur uſurpatum cum vocali* Cholem אוֹהָלָא.

אֲהָלָא Tentorium, tabernaculum. Num. 25. 8. *In Jonathane*.

אוד, אוּדָא Torris, titio. Job 12. 5. *Plur. emphat.* אוּדַיָא Torres. Iſa. 7. 4. *Talmudiſtis* rutabulum; *lignum, quo ligna in clibano promoventur, & prunæ removentur.*

אוז Anſer. *Plur.* אֲוָזִין Anſeres. Eſth. 3. 8. *in Targum ſecundo. Apud Rabbinos in plurali habes etiam* אֲוָזוֹת.

אוח אוֹחִין Animalia terribilia, animalia fera. *Nonnullis* dracones. *Aliis* Martes. Iſa. 13. 21.

אול אֱוִלָא Initium, principium. *Etiam in Lingua Arabica & Perſica uſitatum eſt.*

אֻלַם *Nomen proprium loci.* Numer. 34. 8. *In Targum Hieroſolymitano.*

און אֲוָנָא Hoſpitium, diverſorium, manſio, habitatio. *Plur.* אֲוָנִין Hoſpitia. *Targum* אַבְנִין Iſa. 10. 32. *Proprie hoſpitium nocturnum, h. e.* מָלוֹן לַיְלָה, *in quod divertitur, itinere diei confecto.*

אוֹנִיתָא Emptio, contractus emptionis, *ſeu* venditionis. Geneſ. 49. 21. *In Jonathane, & Targum Hieroſolymitano.*

אור אוּרָא, אוֹרְתָא Lux, lumen. Job 24. 4. *Hinc Verbaliter* נְאוֹרָן Lucidi ſint, *vel* fiant. Prov. 4. 25. *Apud Rabbinos* לְכָאוֹרָה quaſi ad lucem, *h. e.* palam, clariſſime. *Apud Talmudicos* אוֹרְתָא lumen *uſurpatur pro ſplendore Stellarum, ſive Stellis, h. e.* veſpera.

אֲוִיר, אֲוֵיר Aer, æther. *Emphat.* אֲוִירָא. *Hinc* אֲוִירִי aereus, aere plenus, *ut lignum, quod ideo in aquæ ſuperficie natat.*

אֲוִירָא Spatium, vacuum.

אוּרַיָא Urim. *De Urim, & Tummim vide, ſi placet, Quæſtionem 17. ex meis Quæſtionibus e Sacra Scriptura ex Linguarum Orientalium interpretatione ortis editis Patavii typis Seminarii 1725.*

אוֹרַיְתָא *Vide in* ירח.

אוּרִיאֵל Uriel. *Angeli nomen. Eſt unus ex quatuor Angelis, qui perpetuo ſolium Majeſtatis divinæ circumſtant, ut ejus miniſteria, & juſſa prompti exequantur. De his quatuor Angelis hæc habentur in* Bemidbàr Rabbà ſect. 2. מִיכָאֵל גַּבְרִיאֵל אוּרִיאֵל רְפָאֵל *Michael ſtat ad dexteram ejus ad vexillum Tribus Ruben, verſus Meridiem. Quare vocatur nomen ejus* מִיכָאֵל Michael? *Quando tranſivit populus mare rubrum, Moſes aperuit os ſuum, & dixit:* מִי כָמֹכָה בָּאֵלִם יְיָ Quis ſicut tu in fortibus Domine? Exod. 15. 11. *Et alibi.* אֵין כָּאֵל יְשֻׁרוּן Non eſt ſicut Deus Jeſchurùn. Deut. 33. 26. (*Ecce dicitur* מִי, *& dicitur* כָּאֵל, *unde* מִיכָאֵל). Uriel *ſtat ad ſiniſtram ejus, ad vexillum Tribus Dan, verſus Septemtrionem. Quare vocatur nomen ejus* אוּרִיאֵל Uriel? *Propter Legem, Prophetas, & Hagiographa: Unde contigit Iſraelitis, ut ad eos dictum ſit* קוּמִי אוֹרִי כִּי בָא אוֹרֵךְ Surge, illuminare, quia venit lux tua. Iſa. 60. 1. *Et David dixit:* אֵל יְיָ וַיָּאֶר לָנוּ Benedi-

ctus ſit Deus Dominus, qui lucem præbuit nobis. Pſal. 118. 27. *Ecce hinc eſt nomen* אוּרִיאֵל Uriel. *Ulterius Scriptura dicit:* כִּי אֵשֵׁב בַּחֹשֶׁךְ יְיָ אוֹר לִי Quando ſedeo in tenebris, Dominus lumen mihi eſt. Mich. 6. 7. (*Teſtimonium ex Lege omiſſum eſt*). Gabriel *ſtat ante conſpectum ejus ad vexillum Tribus Jehudæ juxta Moſem, & Aharonem verſus Orientem. Quare dictum eſt nomen ejus* גַּבְרִיאֵל Gabriel? *De Jehudà ſcriptum eſt*. Nam Jehudà גָּבַר prævaluit fratribus ſuis. 1. Paral. 5. 2. *Et de Moſe ſcriptum eſt:* וַיִּקְרָא אֶל־מֹשֶׁה Et vocavit ad Moſen. Levit. 1. 1. *Ulterius ſcriptum eſt*. Et vocavit nomen ejus פֶּלֶא יוֹעֵץ אֵל גִּבּוֹר Admirabilis, Conſiliarius, Deus fortis. Iſa. 9. 6. *Ecce hinc eſt nomen* גַּבְרִיאֵל Gabriel. Raphael (*ſtat a tergo ejus*) *pro vexillo Ephraim. Quare vocatur nomen ejus* רְפָאֵל Raphael? כְּדֵי לְרַפְּאוֹת Ad ſanandum *fracturas Jeroboam, qui ortus fuit ex Tribu Ephraim, quæ habitavit verſus Occidentem. Dictum etiam eſt*, רְפָא נָא לָהּ אֵל נָא O Deus, ſana quæſo eam. Numer. 12. 13. *Hinc eſt nomen* רְפָאֵל Raphael. *De his quatuor Angelis alia adjiciunt Liber Zohar, & R. Bechài in ſect. Bemidbàr, quæ Linguæ Hebraicæ, Chaldaicæ, & Rabbinicæ periti legere apud eos poſſunt, ſuoque deſiderio, & cupiditati ſatisfacere.*

אֲוִרְקְסִין *Idem ac* אַבְרַסְקִין Femoralia, braccæ. Exod. 22. 42. Levit. 6. 3.

אוש אוּשָׁא, אֻשָּׁא Fundamentum, pavimentum, ſtratum, ſolum: paries. Cant. 8. 9. *Plur.* אֻשַּׁיָּא & אוּשַׁיָּא, אוּשִׁין Fundamenta, parietes. Eſdræ 4. 12. 1. Reg. 6. 16. *Fœm.* אֻשִּׁיתָא, אֻשִּׁין, אֻשָּׁן. Pſal. 11. 3. *Conſtr.* אֻשְּׁוַת & אֻשּׁוֹת. Pſal. 18. 8. Iſa. 25. 11.

אֲוִשַּׁר *Idem ac* אֶפְשַׁר Poſſibile eſt. *In Targum Jonathanis*.

אות אוֹתְיָא Monedula: veſpertilio. Levit. 11. 18. *in Jonathane. Quidam volunt derivari a Græco ὠτίς*.

אות Signum: littera, *quia eſt ſignum, & character vocis legendæ. Plur.* אוֹתִיּוֹת Litteræ. *Apud Phyſicos* Meteoron. *Chaldæi mutant Cholem in Kametz, ut* אָת littera. *Plur.* אָתְוָן litteræ, *& cum Vau* אָתְוָון.

אזא Accendere, incendere, ſuccendere. Dan. 3. 22. & 19. *Inf.* לְמֵזֵא accendere, *pro* לְמֵאזֵא, *vel* לְמֵיזֵא.

אזב אֵזוֹבָא Hyſſopus. Pſal. 51. 9. *Herba, ex qua Sacerdotes faſciculum conficiebant, quo in aſperſionibus ſacris utebantur*.

אזג אִזְגַּדָּא, אִזְגַּד Legatus, nuncius. *Plur.* אִזְגַּדִּין Legati, nuncii. *Reſpondet Hebraico* מַלְאָךְ.

אזד Abire, egredi, exire, recedere. *Idem ac* אֲזַל Dan. 2. 5. 8. דִּי אַזְדָּא מִנִּי Quod egreſſum eſt a me.

אזל Ire, abire, ambulare, digredi, proficiſci. *Talmudiſtæ in Imperativo frequenter dicunt* זִיל abi.

אָזְלַיָּא Fluenta. Exod. 15. 8. *Aliis* אָזְלַיָּא fluentes.

No-

אזם אִזְמֵל Novacula, culter, ſcalprum, dolabra. Pſal. 52. 4. *Plur.* אִזְמְלִין cultri. Joſ. 5. 2. & אִזְמְלַיָא Iſa. 44. 13.

אִזְמָרַגְדָא & אִזְמוֹרַד, אִזְמַרְגַד Smaragdus, *lapis pretioſus*. Prov. 22. 12. *Plur.* אִזְמַרַגְדִין Smaragdi. Exod. 28. 18. In Job 1. 15. & 6. 19. *Eſt etiam nomen regionis Hebraice dicta* שְׁבָא Sabæa.

אזן, אִזֵן Arma: ſagitta. *Plur.* אִזֵנִין Arma. *Hinc* בֵּית אִזֵנִין Pharetra. Jerem. 5. 7. *Verbaliter* וְאִזֵן Et armatus eſt. Iſa. 33. 4.

מֹאזְנַן Statera, bilances. Levit. 19. 36. *in OnKeloſo. Sed in Targum Hieroſolymitano ſcribitur* מֹזַנְיָא.

מוֹזַנַן, מֹזְנַן, מוֹזְנַן, מוֹזַנְיָא Statera, bilances. Lev. 19. 36. Jer. 32. 10.

אזת אִזְתּוֹרוֹי Greſſus ejus; anguli ejus. *Littera* ז *poſita* eſt *pro* ס Exod. 25. 12. *In Jonathane. Reſpondet Hebraico* פַּעֲמוֹתָיו.

אח Euge. Iſa. 44. 16. וְאָמַר אָח שַׁחוּתִי Dixitque euge, concalui. *Hebraice* הֶאָח.

אחא אָחָא, אַח Frater. *Plur.* אַחִין Fratres. *Fœm.* אַחְתָא, אַחָא Soror. *Plur.* אַחְוָן Sorores. *Emphat.* אַחְוָתָא. *Apud Rabbinos* אֵין לוֹ אָח בַּמִּקְרָא hæc vox non habet fratrem in Scriptura, *h. e. non amplius reperitur.*

אַחְוָא Fraternitas. *Conſtr.* אַחְוַית Job 17. 5.

אַחְוָא Pratum. *Item* ulva, herba paluſtris, carectum. *Hebraice* אָחוּ Gen. 41. 2.

אחב Patruus. *Contractum eſt ex* אָח frater, & אָב pater. *Tantummodo adhibetur cum Pronominibus affixis: ut* אַחֲבִי patruus meus. Jer. 32. 8. אַחֲבוּךְ patruus tuus. Jerem. 32. 7. אַחֲבוּהִי patruus ejus. Levit. 10. 4.

אחד Apprehendere, capere, tenere, retinere, conjungere, componere, compingere, claudere, concludere. *Ex Aphel Præter.* אוֹחַדְתָּא apprehendiſti. Pſal. 73. 23. *Ithpah.* אִתְאַחַד claudi, concludi, prehendi, comprehendi, deprehendi. *Sine* א *reperitur* אִתְּחַד Thren. 4. 20.

אַחֲדָא, אַחוּדָא, & אֲחוּדָה Prehenſio, detentio, retentio, poſſeſſio, occupatio. *Ita ponitur pro Hebræo* אֲחֻזַּת, *quando conjunctum eſt cum* נַחֲלָה. Num. 27. 7. Ezech. 46. 6.

אַחְדָא Clauſura, occluſio. Prov. 30. 16.

אוֹחַדְתָּא Decipula, laqueus.

אחם אַחְמַר *Nomen proprium lapidis pretioſi. Nonnullis* Sardius. Cant. 5. 14. *Aliis* Rubinus. *Rabbini ajunt, in eo Rubenis nomen inſcriptum fuiſſe.*

אַחְמַתָא Arca, ſcrinium. Eſr. 6. 2. *Plur.* אַחְמְתִין Scrinia. Eſth. 1. 4. *Proprie inſerviebant recondendis ſcriptis, & actis Regum, ac Principum.*

אחר Cunctari, morari, remorari, tardare, differre. Iſa. 5. 11. *Aphel* אוֹחַר morari, differre. אֱלָהַי אַל תּוֹחַר Deus mi, ne differas. Pſal. 40. 18.

אֲחוֹרֵי ، אָחוֹר Poſt , poſterius , poſtremum , poſterior pars , tergum . Gen. 49: 17. לַאֲחוֹרָא retrorſum . מֵאֲחוֹרֵי retro.

אַחֲרָנָא ، אָחֳרָן ، אוֹחֳרָן & *per aphæreſin* הוֹרָנָא ، חוֹרָן *ex dialecto Hieroſolymitana*. Alius. *Plur.* אָחֳרָנִין & חוֹרָנִין Alii . *Fœmin.* אַחֲרָנְתָא ، & אוֹחֲרָנְתָא ، & אַחֲרִתָא Alia. Ruth. 2. 8. & אוֹחֲרָנִיתָא cap. 4. 6. *Plur.* אוֹחֲרָנְיָן Aliæ .

מְאוּחָר Poſtpoſitum . *Ejus oppoſitum* מוּקְדָם præmiſſum . *Illud Græci dicunt* ὕ-στερον, *hoc* πρότερον.

אֲחוֹרֵי Contra , e contrario . Gen. 26. 21.

אוֹחֲרֵי Contra . Jerem. 22. 26.

אַחֲרָאִין Oppignerationes , *quæ pro cautione , & ſecuritate futuri commodi , ſolutionis , aut damni dari ſolent . Dictionis hujus uſus frequens , & ſolemnis eſt apud Hebræos in Inſtrumentis dotalibus . Sponſus enim cum ſponſæ dotem tutam , & ſecuram vult reddere , eamque intactam ſe conſervaturum promittit , hæc Inſtrumento dotis inſeri mandat .* נִכְסִין דְּאִית לְהוֹן אַחֲרָיוּת וּדְלֵית לְהוֹן אַחֲרָיוּת כּוּלְהוֹן יְהוֹן אַחֲרָאִין וְעַרְבָאִין לִכְתוּבְּתָא דָא *h. e.* Facultates , quarum eſt oppigneratio , & quarum non eſt oppigneratio , omnes iſtæ erunt oppignerationes , & fidejuſſiones pro dote , vel ſcripto inſtrumentali hoc .

אַחֲרָיוּת Obligatio , cautio de futuro damno . *Sic R. Elias exponit , & interpretatur .* Ut quando venditor cavet , ne emptor propter rem emptam damnum aliquod in poſterum ſentiat . Sic in aliis contractibus . Rambàm (*ita appellatur R. Moſcè filius Majemonidis ; per abbreviaturam autem plerumque in libris Rabbinorum* רמבם) ſcribit , eſſe idem , ac חֲזָרָה *reditum* , jus redeundi ad pignus , illud apprehendendi , & occupandi . Sic in bonis immobilibus ſemper eſt אַחֲרָיוּת *reditus , & apprehenſio .* Manent enim ſemper oppignerata priori creditori , qui ſemper habet חֲזָרָה וְהֶסְגָּה reditum ad illa , & jus occupationis , & apprehenſionis . *Hactenus Elias . Porro facultates , ad quas datur reditus , ſunt vel* קַרְקָעוֹת *vel* מְקַרְקְעִים fundi , & bona immobilia . *His enim creditor , & venditor inniti poſſunt , cum ſint pignus immobile , quod loco non movetur , licet aliis vendatur . Prior enim ad illud pignus redit , & occupat , vel diſtrahit , donec ſit ipſi ſatisfactum . Facultates autem , ad quas non eſt reditus , ſunt* מְטַלְטְלִים bona mobilia , *quæ ab uno in alium transferuntur , ac propterea in his firma , ſtabilis , & certa cautio , &* אַחֲרָיוּת obligatio *eſſe non poteſt . Si aliquid amplius ſcire cupis hac de re , adi Tractatum Talmudicum* קדשים Kidduſcìn *inſcriptum cap. 1. in* מִשְׁנָה Miſnà , *& ea , quæ inibi Rambàm commentatur . Non ignoro ,* Aruch *dictionem* אַחֲרָיוּת *exponere per* נִכְסֵי קַרְקַע bona fundi , *h. e.* immobilia ; *at ſcias velim , ideo ab eo vocem illam ita explicari , non quod proprie hujuſmodi ſignificatio illi ſubſit , ſed quod* אַחֲרָיוּת reditus *jus tantummodo locum habeat in bonis immobilibus .*

Quo-

Quoniam autem de Rambàm *injecta eſt mentio, non erit ab re nonnulla de eo adjicere, cum ſæpe Auctores tum Chriſtiani, tum Hebræi ejus auctoritate in rebus multis utantur. Itaque ſi ortum ejus conſideres, patria Cordubenſis fuit. Vocatur autem* Moſes Ægyptius, *quia in Ægypto educatus & inſtitutus fuit. Varia ab eo litteris commendata ſunt, quorum alia ajunt Hebræi periiſſe, alia ad nos perveniſſe. Quidquid de hoc ſit; Commentaria* in מִשְׁנָיוֹת Miſnajòth, *ſive Textum Talmudicum anno ætatis vigeſimo tertio cæpit conſcribere, & anno trigeſimo ad umbilicum perduxit. Anno quadrageſimo extremam manum impoſuit libro ex quatuor voluminibus conſtanti* יָד, חֲזָקָה *&* מִשְׁנֵה תוֹרָה *Hebraice inſcripto. Hic liber in quatuordecim libros diviſus eſt; eſtque epitome quædam totius operis Talmudici compto, eleganti, & facili Linguæ Hebraicæ ſtylo conſcripta. Extat in hunc librum duplex Commentarius, alter dictus* כֶּסֶף מִשְׁנֶה Kèſeph Miſnè, *alter vocatus* מַגִּיד מִשְׁנֶה Magghìd Miſnè. *Hunc librum commentatus eſt etiam R. Levi Ben Chavìſ. R. autem Abraham filius Davidis ei animadverſiones adjecit. Editus eſt Venetiis anno* שׁ״לד 334. *Chriſti* 1574. *in folio. Deinde librum* מִצְוֹת Præceptorum *compoſuit. Anno vero ætatis quinquageſimo exaravit librum Lingua Arabica, qui inſcribitur* מוֹרֵה נְבוּכִים Morè Nevuchìm, *a R. Samuele Aben Tibbòn in Linguam Hebræam translatum, & a R. Sebem tof, & Ephodæo commentario illuſtratum. Tantam ſibi laudem, & gloriam laboribus, & doctrina ſibi comparavit, ut de eo vulgo dicatur* מִמֹּשֶׁה עַד מֹשֶׁה לֹא הָיָה כְּמֹשֶׁה A Moſe (*propheta*) uſque ad Moſem (*Ægyptium*) non fuit ſicut iſte Moſes. *Vixit annos ſeptuaginta, & circa annum Chriſti.* 1200. *floruit, ſepulchroque conditus in terra Iſraelis fuit.*

אַחֲרִית, אַחֲרִיתָא Poſteritas, extremitas, finis. *Adverbialiter* tandem, denique, poſtremo. *Item* ultimum, poſtremum. Dan. 8. 28. *In Targum ut plurimum pro eo adhibetur* סוֹף.

אַחֲרָיוּתָא Idem. Deut. 32. 18. 29. *In Targum Hieroſolymitano. Item apud Rabbinos* cautio de futuro damno.

אִיחוּר Tardatio, cunctatio, mora. Pſal. 89. 52.

אחש אֲחַשְׁדַּרְפְּנִים *vel Emphatice* אֲחַשְׁדַּרְפְּנַיָּא Satrapæ. Dan. 3. 2. Eſth. 9. 3. *Cenſetur vocabulum ex lingua Perſica deſumptum.*

אֲחַשְׁתְּרָנִים Curſores regii: veredarii. Eſth. 8. 10. *Aliis* cameli veloces; *aliis* muli.

אטד אַטְדָא, אֲטָדָא Spina aculeata, tribulus, rhamnus, cynosbaton, ſentis. *Plur.* אַטְדִין tribuli, ſentes. Gen. 3. 18.

אטל *Pahel*, lapidare. *In Targum Jonathanis. Reſpondet Hebraico* סָקַל. Exod. 8. 22. Deut. 22. 21.

אִיטַלְיָא Italia. Gen. 10. 16. *In Targum Hieroſolymitano. In Aruch dicitur*

quæ

והיא רומי quæ eſt Roma.

איטלקי Italicus. *Talmud Kiddus initio.*

אטם איטימוסא, איטימוס Promptus, diſpoſitus, paratus: futurus, futurum. Lev. 18. 53. *in Jonathane. Plur.* איטימוסין prompti: futuri. *A Græco* ἕτοιμος. Gen. 24. 22.

אטן אטון, & אטון *Emph.* אטונא Funis. Joſ. 2. 15. *Plur.* אטונין, איטונין Funes. Eſth. 1. 6. *Emphat.* אטוניא. Jerem. 38. 6. *Cum aff.* אטונוהי funes ejus. Iſa. 33. 20.

אטע Funis. *Plur. cum aff.* אטעוהי Funes ejus. Numer. 3. 26. *In Jonathane.*

אטר אטרון Satrapa, præfectus. Iſa. 9. 14. & 19. 15. *Idem ac* טירון, טורן *præpoſita littera* א. *Nonnullis* tyrannus.

אטרוגא, אטרוג Malus citrea. Cant. 2. 3. *Reperitur etiam ſcriptum* אתרוג *cum* ת, & אתרוגא.

אי Ubi? *Sæpe cum Pronominibus, & aliis particulis conjunctum invenies.* אידין ubinam? quiſnam? quodnam? 1. Sam. 9. 18. אי מכדין unde? undenam? אי מנן undenam? אימתי, אימת quando, ecquando? עד אימת quouſque? אי דלמא An forte? אי אלו Quænam iſtæ?

אי Non. *Per apocopen pro* אין. אי נקי Non innocens, noxius. אי כבוד Inglorius. 1. Sam. 4. 21.

איד, אידא Feſtum, dies feſtus. Eſth. 1. 3. *in utroque Targum. Ab Hebrais per contemptum ita vocantur Chriſtianorum feſta.*

איה איהו Ipſe. *Compoſitum eſt ex* אי, & הו. *Fœmin.* איהי Ipſa. Thren. 1. 4. & איהא Ruth 1. 16.

איך Quomodo, ſicut, quemadmodum: juxta, ſecundum. דאיך דמא Sicut cogitat. Prov. 23. 7. *In Targum ſæpius reperitur* היך *per* ה.

איכא Ubi? ubinam? *Item* אכא & איכא eſt, ſunt. *Componitur ex* אית eſt, & כא hic.

איכדין Ubi? ubinam? quomodo? Eſth. 8. 6.

איל, אילא, אילא Cervus. Deut. 14. 5. *Plur.* אילין Cervi. 1. Reg. 4. 23. *Fœm.* אילתא Cerva. Prov. 5. 19. *Plur. emphat.* אילתא Cervæ. Job 39. 4. Pſal. 18. 34.

אים אימתא, אימא Terror, horror. Gen. 15. 12. *Cum aff.* אימתי Terror meus. Job 33. 2.

אימתן Terribilis, horribilis, formidabilis. Iſa. 28. 16. *Plur.* אימתנין Terribiles. Hab. 1. 7. *Fœm.* אימתני Terrifica. Dan. 7. 7. *per apocopen, pro* אימתנית & *Sægol eſt loco Tzere.*

אימתי, אימתי Ecquando? Job 7. 4. עד אימתי Uſquequo? Pſal. 80. 5. *Per apocopen* אימת Quando?

איר Aprilis. Eſth. 3. 7. *In Targum ſecundo. Is fuit menſis ſecundus ab egreſſu Iſraelitarum ex Ægypto.*

אית Eſt, ſunt. *Cum* י *in fine* איתי. *Cum aff.* איתוהי Eſt ille. לאית

Non

Non eſt, *contractum ex* לָא, *&* אִית. Prov. 25. 14.

אִכָּא Eſt, ſunt. *Idem ac* אִית Prov. 19. 7. *Componitur ex* אִית eſt, *&* כא hic. Hinc לֵיכָּא non eſt, non ſunt.

אכב אַכְבָּא Gallus gallinaceus. Prov. 30. 30. *Aliis* equus generoſus. *R. Levi vult eſſe canem venaticum tenerorum lumborum.*

אכו אַבוּרנְקִי. *Vide in* כּוּרְנַק *Munſterus contendit eſſe numeri ſingularis, ſed longe fallitur.*

אֲכַל Edere, comedere, devorare, conſumere: clamare, vociferari: divulgare, promulgare, proferre in publicum, proclamare: tonare, perſonare, rugire. *Cum juxta hanc ſignificationem uſurpatur, ſæpe habet a fine* י, *ut* אֲכַלִי. *Ut plurimum cum nomine* קִרְצָא *conjungitur, tuncque ſignificat* calumniari, accuſare, criminari, obtrectare, deferre. *Ithpeh.* אִתְאֲכַל Edere, comedere, manducare: edi, comedi: abſumi, conſumi. *Apud Rabbinos* אִתְאֲכֵל concoqui, *de cibis. Aphel* אוֹכֵל Comedendum dare, cibum præbere, paſcere, depaſcere. *Apud Rabbinos* אֲכַל *interdum ſignificat* frui. *In Talmude Hieroſolymitano aliquando pro* אֲכַל *reperitur* כַּל.

אֲכִילְתָא Cibus, eſca, commeatus, dapes. 1. Reg. 19. 8.

אוּכְלָא Idem. *Item* fimus, ſtercus, excrementum. Lev. 8. 17.

מֵיכַל, מֵיכְלָא, מְכַלְתָּא. Cibus, eſca, dapes. Gen. 6. 21.

מֵיכְלוּתָא Idem. Prov. 31. 14.

אַכְלְיוּתָא, אַכְלְיוּת Clamor, rugitus, vociferatio.

אוּכְלוּסָא, אוּכְלוּס. Populus, cœtus, turba, turma, exercitus, congregatio. *Plur.* אוּכְלוּסִין Populi, turbæ. *A Græco* ὄχλος. Pſal. 45. 6.

אֲכַם Nigrum, atrum eſſe, obſcurum eſſe: nigredinem a Sole, *vel* ab igne contrahere.

אַכְמָא, אֲכַם Niger, ater, obſcurus, pullatus. *Fœmin.* אַכְמְתָא Nigra. Levit. 11. 19. *In Jonathane.*

אוּכָּמָא, אוּכָּם Idem. Eſth. 1. 9. *in Targum ſecundo. Plur.* אוּכָּמִין Nigri. Zach. 6. 2. *Fœm.* אוּכָּמְתָא Nigra. Deut. 14. 13. *&* אַכְמְתָא Levit. 11. 19. *in Jonathane.*

אוּכָּמְתָא Nigredo, obſcuritas. Thren. 4. 8. lanugo, *in paludibus, aut aquis corruptis naſcens.*

אוּכָּמוּת Idem. Eccleſ. 11. 10.

אכס אַכְסַדְרָא Prætorium, atrium, porticus, *locus, ubi allocuturi Reges, vel Principes expectant.*

אַכְסְנָן Hoſpes, viator, peregrinus. *Plur.* אַכְסְנָיָא, אַכְסְנִין Hoſpites, peregrini, viatores. Job 31. 32. Pſal. 146. 8.

אִכַּר, אִכָּרָא Agricola. Amos 5. 16. *Plur.* אִכָּרִין agricolæ. Jer. 31. 24. *Emphat.* אִכָּרַיָא Agricolæ. 1. Sam. 8. 12. *Apud Talmudicos ex plurali fœminino* אִיכָּרִיתָא.

Deus.

אֵל Deus. *Eſt etiam Pronomen numeri pluralis per apocopen pro* אִלֵּין Illi. *In Targum raro reperitur.* Cum aff. אֵלִי Deus meus. Pſal. 22. 2.

אֲלָא, אֲלָה Plangere, lamentari, ejulare. Joel. 1. 8. *Pahel* אַלִּי Idem. *Infin.* לְאַלָּאָה Ad lamentandum. Jud. 11. 40. *Alii exponunt*, ad contabulandum.

אִלְיָא, אֲלִיָּא, אִלְיָא Lamentatio, querela, luctus, ejulatio, lamentum, planctus. Jer. 9. 10. Ezech. 19. 14.

אִלְיוּתָא Idem. Job 3. 8. *Legitur etiam* אֲלִיוּתָא.

אַלְיָתָא Lamentatrices. Jerem 9. 17.

אִלָּא Funda. Cant. 8. 5. אִלָּה Frumentum, fruges in horreum collectæ.

אַלִּיתָא Cauda. Exod. 29. 22. Levit. 7. 3.

אִלָּא, אֶלָּא Verum, ſed: niſi, ſi non. *Videtur deductum ex* Græco ἀλλά.

אַלְּתָא Quercus. Joſ. 24. 26.

אִלְיוֹן, אֲלִיוֹן Pollex, *tam manus, quam pedis*. Exod. 29. 20.

אלב אִילְבְּנָן Libanus mons, *de quo D. Hieronymus in Zachariam hæc habet.* Nihil Libano in terra promiſſionis excelſius eſt, nec nemoroſius, atque condenſius. *Addit in Oſee etiam cap. 14. Ejus arbores*, quantum in auras conſurgunt vertice, tantum radices in ima demergere, ut nulla tempeſtate quatiantur, ſed ſtabili mole conſiſtant.

אלג אֶלְגָּבִישׁ Grando immanis. Ezech. 13. 11. *Nonnulli putant eſſe dictionem compoſitam ex* אֵל *potens*, & גָּבִישׁ lapis pretioſus.

אַלְגְּוָתָא *Vox eſt peregrina, & corrupta.* Num. 34. 6. *in Targum Jonathanis ſignificat* interiora.

אֱלָהּ, אֱלָהָא Deus. Dan. 2. 28. *Plur.* אֱלָהַיָּא, אֱלָהִין Dii. Dan. 2. 47. *A Rabbinis ficta Numina dicuntur* אֱלוֹהוֹת.

Superſtitione ducti pro אֱלָהּ *Judæi etiam ſolent ſcribere* אֱלָקָא *ea mente, & cogitatione, ut, ſi libro, in quo Dei nomen per* אֱלָהּ *exaratum eſt, forte profanum, & indignum aliquid accidat, in nominis Divini contumeliam, & injuriam non redundet. Hinc Jonathan* קֳדָם אֱלָקָא עִלָּאָה Coram Deo excelſo. Gen. 14. 19. *In Targum crebro retinetur nomen* אֱלֹהִים, *vel pro eo adhibetur* יְהֹוָה, *ut in toto Capite primo Geneſeos clare apparet. Rabbini autem pro Hebræo* אלהים *ſolent uſurpare* אֱלֹקִים, *vel* אֱלוֹרִים *Huic corruptioni ſæpe apud eoſdem ſubjectum legitur nomen Dei Tetragrammaton* יְהֹוָה, *&* אֶהְיֶה, *in quibus pro* ה *reperitur* ד. *R. Salomon ad verba illa Geneſeos 4. 26.* אָז הוּחַל לִקְרֹא בְּשֵׁם יְהֹוָה Tunc cœptum eſt invocari nomen Domini. Cœptum eſt, *id eſt, inceperunt vocare nomina hominum, & nomina Idolorum nomine Dei benedicti*, לַעֲשׂוֹתָן ע״ז וְלִקְרוֹתָן אֱלוֹהוֹת, ut facerent ex illis Idola, & vocarent ea Deos. *Per abbreviaturam* ע״ז *ſignificatur* עֲבוֹדָה זָרָה *h. e.* cultus alienus, ſive extraneus, *ſcilicet* Idololatria. *Hoc nomi-*

mine עֲבוֹדָה זָרָה *appellatur etiam Tracta-tus Talmudicus. Synonyma autem ſunt* עֲבוֹדָה זָרָה & עֲבוֹדַת אֱלִילִים.

אֱלָהוּתָא Deitas, divinitas, divina maje-ſtas.

אֱלָהֵן Sed, niſi, præter, præterquam. *Cum* דִּ *ſequente*, eo quod, quandoquidem, quia, niſi ut, niſi quia, propterea: אַף אֱלָהֵן quanto magis: quanto minus, *juxta ſenſum*.

אֲלוּ En, ecce. וַאֲלוּ צְלֵם חַד Et ecce imago quædam. Dan. 2. 31. *Aliquando dicitur* אֲרוּ *litteris* ל, & ר *inter ſe commutatis*.

אִלּוּ Si, ſiquidem: utinam כְּאִלּוּ ac ſi, quaſi, perinde ac ſi. *Pro eo in Talmud Hieroſolymitano uſurpatur* כִּילוּ.

אִלּוּלֵי Si, niſi. *Adjectam ſæpe fini habet particulam* פוֹן, *ut* אִלּוּלֵיפוֹן, & *ſine* י, אִלּוּלֶפוֹן.

אֲלוּתַ. *Vide in* לוּתַ *vel* לְוַאי.

אֲלוֹאִין, אֲהָלוֹת Aloe. Pſal. 45. 9. Cant. 4. 14. *In Venetis Bibliis reperitur* אֲלוֹאִין.

אִלֵּךְ Illi, iſti. Dan. 3. 12. 23. 27. *Pronomen numeri pluralis idem ac* אֵלֶּה & אִלֵּין.

אֵילָךְ Ultra, ulterius. Eſth. 2. 14. אֵילָךְ וְאֵילָךְ hinc inde: huc illuc: מֵאֵילָךְ ab-hinc, deinceps.

אַלֵּל Explorare, ſcrutari. *Pahel* אַלֵּל Idem. Joſ. 2. 1. *Particip.* וּשְׁלַחוּ מְאַלְלִין Et miſerunt exploratores. Jud. 1. 23. *Infin.* לְאַלָּלָא Ad explorandum. Num. 13. 7.

אַלָּלִין Exploratores. Gen. 42. 9.

אֱלִיל Idolum, res inanis, vanitas. Job 13. 4. אֱלִילִית Idolum fœmina, Diva.

אֱלוּל Elul, *nomen menſis reſpondentis* Auguſto. *Nonnulli hunc menſem ita dictum arbitrantur, quia in eo, demeſſa jam ſegete, nihil in agris relinqueretur*.

אֲלֵם Robuſtum, fortem eſſe. Deut. 31. 7. *Ithpahel* אִתְאֲלֵם Idem. Pſal. 90. 10. *Item* obmuteſcere. Pſal. 39. 3. 10. Eccleſ. 12. 7. *Pahel Partic.* מְאַלְּמָא roborans. Ruth. 1. 18.

אַלִּים Fortis, robuſtus. Job 9. 4. *Plur.* אַלִּימִין fortes, robuſti. Deut. 20. 1.

אַלִּימוּתָא, אַלִּימוּת Fortitudo. Job 30. 21.

אִלְּמָא Mutus. Exod. 4. 11.

אִלְּמָנָא Idem. Pſal. 38. 14.

אֲלֻמָּא Manipulus. *Plur.* אֲלוּמַיָּא Manipuli, faſciculi ſegetis. Ruth 2. 15. *Rabbini adhibent* אֲלֻמּוֹת & אֲלֻמִּים.

אוּלָמָא, אוּלָמָא, אוּלָם Porticus, ve-ſtibulum. 1. Reg. 7. 19. *Plur.* אוּלָמֵי ve-ſtibula. Ezech. 41. 15.

אַלְמוּגִין Ligna thyina, cedrina, *vel* co-rallium. 1. Reg. 10. 11. *A nonnullis inter cedrorum genera arbor hæc recenſetur*.

אִלְמָלֵי, אִלְמָלֵא Si, niſi, ſi non. Pſal. 106. 23.

אִלֵּן, אִלֵּין, הָאִלֵּין Illi, illæ, illa: iſti, iſtæ, iſta. Gen. 2. 4. *In dialecto Hieroſolymitana* הָמִלֵּין Quænam ſunt illa?

אִילָנָא, אִילָן Arbor. Gen. 1. 11. *Plur*

F Ar-

אִילָנִין Arbores. *Emphat.* אִילָנַיָא. Jud. 9. 8. *A Rabbinis autem decem* סְפִירוֹת numerationes *appellantur* אִילַן הַקַּבָּלָה arbor Cabbalæ, *ſeu* Cabbaliſtica, *quia illas ad imaginem arboris ſolent diſponere, ut ex iis inter ſe ita diſpoſitis, maxima, quæ inter eas intercedit, conjunctio, & affinitas facilius cognoſcatur. Vide Diſputationem præmiſſam huic Lexico.*

אֲלַף Diſcere: aſſueſcere. Ezech. 19. 3. *Part. paſſ.* אֲלִיף edoctus, aſſuetus. *Pahel* אַלֵּף & אַלִּיף Docere. *Ithpah.* אִתְאַלַּף Doceri, *ut* קוּשְׁטָא אִתְאַלְּפוּן Veritatem docebuntur. Iſa. 26. 9.

מַלִּיף, & מַלֵּף Docens, doctor, *quaſi* מְאַלֵּף. Deut. 4. 1. *Plur.* מַלְּפִין Doctores. Jer. 6. 17. *Item paſſive* מַלַּף Aſſuetus. Jer. 31. 18. *Plur.* מַלְּפִין Aſſueti. Jerem. 13. 23.

אוּלְפָּנָא, אוּלְפַּן Doctrina, inſtitutio, inſtructio. Iſa. 28. 26. *Apud Rabbinos* בַּר אוּלְפָּן Juris peritus, Doctor juris divini, *qui etiam ab iiſdem ſolet appellari* בַּעַל הֲלָכוֹת *vel* בֶּן הֲלָכוֹת Jurium peritus. *Hinc dicitur* בֵּית אוּלְפָּנָא Domus doctrinæ, *hoc eſt*, Schola, Gymnaſium.

אֶלֶף, אַלְפָּא, אֲלַף Mille. Dan. 1. *Plur.* אַלְפִּין millia. Num. 35. 5. *Conſtr.* אַלְפֵּי. Deut. 5. 10. *Emphat.* אַלְפַיָא. Mich. 5. 2.

אִלְפָּא Navis, navigium. Gen. 1. 3. *Plur.* אִלְפִין Navigia. *Emphat.* אִלְפַיָא. Pſal. 104. 26.

אַלְפָּא בֵּיתָא, אָלֶף בֵּית Alphabetum. *Hinc* אַלְפָּא Primum, primarium, *ſicuti Alpha eſt prima Alphabeti littera. Præterea* אַלְפָּא בֵּיתָא *ſignificat apud Maſorethas in Masôra Pſalmum 119. qui vocatur* אַלְפָּא בֵּיתָא רַבְּתָא Alphabetum magnum, *quia ſecundum ordinem litterarum Alphabeti conſcriptus eſt.*

אלה אֱלָהָא Deus, & אֱלָהִים *pro* אֱלָהָא. Ezræ 4. 24. & אֱלָהִים. Dan. 2. 7.

אַלְקַפְּתָא Secundus a Rege, prorex: vicarius, *pro Hebræo* מִשְׁנֶה. Gen. 41. 44. *in Targum Jonathanis. Legitur etiam* אַלְקַפְּטָא.

אלש אָלוּשׁ *Nomen proprium loci.* Num. 16. 26. *in Jonathane. Fortaſſe hinc nomen impoſitum deſerto cuidam* מִדְבַּר אָלוּשׁ, *de quo mentio in Bereſchît rabbà ſect.* 48.

אֵם, אִמָּא Mater: bivium: Metropolis. Gen. 3. 20. 2. Sam. 20. 19. *Plur. ex forma maſculina* וְאִמְּהוֹן & matres ipſorum. Thren. 4. 3.

אמה אַמְהוּ, אַמְתָא, אַמְהָה Ancilla. *Forma* abſoluta raro reperitur. *Plur.* אַמְהָתָא, אַמְהָן Ancillæ. Gen. 12. 16. 2. Sam. 6. 22. *Conſtr.* אַמְהַת. 2. Sam. 6. 20.

אמט אַמַטְתָא Caligo, obſcuritas, tenebræ denſæ, & maximæ; & אַמִיטְתָא *cum Jod.* Joel 2. 2. Pſal. 97. 2. *In Bibliis autem Venetis male legitur* במיטתא *ſine littera Aleph.*

אמל אַמְלִין Chlamydes, togæ. Ezech. 27. 24. *R. David ait, ſe non inveniſſe fratrem, ſeu ſocium hujus vocis.*

Ma-

Digitized by Google

אמם אִמָּא , אֵם Mater : bivium : metropolis . *Apud Rabbinos etiam* matrix. *Plur.* אִמָּהָן *Emphat.* אִמָּהָתָה Matres. *Legitur* Cant. 8. 5. אִמָּן *fortaſſe pro* אִמָּא . *A Grammaticis* אִמּוֹת הַקְּרִיאָה matres Lectionis *dicuntur tres litteræ* אוי , *quia vicem vocalium gerunt in iis libris, qui ſunt ſine vocalibus.*

אֲמָאי Cur , quare? Eſth. 2. 7. *Sic* אֲמָא quare? cur? quamobrem?

אַמָּה , אַמְּתָא Cubitus , menſura cubitalis . Ezech. 40. 5. *Plur.* אַמִּין , אַמַּיָּא Cubiti . Ezech. 43. 13. *Apud Rabbinos* אַמַּת הַבִּנְיָן cubitus ædificii, *h. e.* virga menſoria , decempeda . *Tres cubiti fuerunt in Sanctuario, primus tres palmos continebat, alter ſex , tertius decem . Secundus cubitus dicebatur etiam* בֵּנוֹנִי medius .

אוּם , אוּמָּא , אֻמָּא Natio, gens , populus : Dan. 3. 28. *Plur.* אוּמִּין , אוּמַּיָּא Populi . Dan. 3. 4. Gen. 25. 3. *Conſtr.* אוּמֵּי nationes . Num. 25. 15.

אָמֵן Amen , verum , firmum , ratum eſto . Num. 5. 22. *Dictio hæc* Amen *vulgo nota eſt , neque ſolum Hebræis, Chaldæis , Syris , ſed omnibus fere terrarum nationibus uſitata , modica tantummodo juxta Linguarum proprietatem commutatione facta . Tamquam ſubſtantivum in Textu Biblico Hebraico bis invenitur , & per eam tunc ſignificatur* Veritas , Fides : יִתְבָּרֵךְ בֵּאלֹהֵי אָמֵן Benedicat ſibi per Deum veritatis, vel fidei ; יִשָּׁבַע בֵּאלֹהֵי אָמֵן Juret in Deo , *vel* per Deum veritatis . Iſa. 65. 16. *h. e.* בֵּאלֹהֵי אֱמֶת Per Deum veritatis, *videlicet verum , qui vere , & fideliter promiſſiones ſuas ſervat . Hinc fit , ut ſit etiam vox aſſentiendi , & confirmandi id , quod dictum eſt , ſive bonum , ſive malum ſit . Hoc colligitur ex multis Sacræ Scripturæ locis . Ita Num. 5. 22. mulier ob adulterium ſuſpecta ad Sacerdotem adducta , poſtquam ſuper eam maledictionem protulerat , quæ inibi habetur, maledictionem confirmabat per repetitam dictionem* אָמֵן אָמֵן , Amen Amen ; *quaſi diceret , quidquid contra me dictum eſt, fiat, ratum eſto , ſi noxia ſum . Ita omnibus maledictionibus a Levitis pronuntiandis Deut. 27. tenebatur populus reſpondere* אָמֵן Amen . *Ita Nehemiæ* 8. 7. *Eccleſia Eſdræ benedicenti reſpondebat* אָמֵן Amen . *Hæc conſuetudo reſpondendi* Amen *Sacerdoti maledicenti, vel benedicenti videtur viguiſſe etiam primis Eccleſiæ temporibus , ut colligitur ex* 1. ad Corinth. 14. 16. Ἐπεὶ ἐὰν εὐλογήσῃς τῷ πνεύματι , ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου, πῶς ἐρεῖ τὸ Ἀμὴν ἐπὶ τῇ σῇ εὐχαριστίᾳ, *h. e.* Cæterum ſi benedixeris ſpiritu, qui ſupplet locum idiotæ, quomodo dicet Amen ſuper tuam benedictionem? *In Talmude Hieroſolymitano multa leguntur in Tractatu* תַּעֲנִית Taanìt cap. 2. *ad vocem* Amen *pertinentia , quo curioſos Lectores mittendos cenſeo . Item multa Hebræi de neceſſitate , & virtute reſponſionis* Amen *ſcripta reliquerunt in JalKùt ad Pſal.* 31. 24. *in Medràſch Tillìm , in libro Muſàr cap.* 4. *Triplex preterea* Amen *fuiſſe tradunt Talmudiſtæ ; aliud* Amen acceleratum, *aliud* Amen amputatum , *aliud* Amen pupillare , *ſive* Orbum *in Tractatu* בְּרָכוֹת Beracòth . Amen acceleratum *dicebatur, quod feſtinanter proferebatur , quaſi cum* א *breviſſimo , & accentu in ultima , ut* אֲמֵן ; *vel quod ante abſolutum ſermonem reſpondebatur .* Amen amputatum *vocabatur , quod pronuntiabatur ultima littera* ן Nun *quaſi eliſa , & abſciſſa , veluti ſi diceretur* Ame . Pupillare Amen *appellabatur , quod carebat præcedenti benedictione , veluti patre , quando nimirum quis* Amen *reſpondebat inconſulto , nulla prævia Sacerdotis benedictione , vel precibus . Pœnam etiam Hebræi deſignant his modis* Amen *reſpondentibus . Ajunt itaque loco citato . Quicumque reſpondet* Amen pupillare , ejus liberi erunt pupilli : Acceleratum , accelerabuntur , vel celeriter tranſibunt dies ejus : qui vero diu moratur in pronuntiatione Amen , dies ejus , & anni ejus prorogabuntur . *Ut autem opportune populus* Amen *reſponderet in Templis majoribus , ut Hieroſolymis , & Alexandriæ , ubi difficulter a*

populo Sacerdos audiri poterat , Eccleſiæ miniſter huic muneri addictus ſignum linteo albo agitato dabat . Statim vero populus Amen *reſpondere tenebatur , ne in ſuperſtitionis notam incurreret .*

הימנו , הימנות , הימנותא Fides, veritas.

מהימן , מהימנא Fidelis, fidus, verax. *Plur.* מהימנין Fideles. *Fœm.* מהימנתא Fidelis, fida. *Plur.* מהימנן Fideles.

אומן , אומנא Artifex, opifex, *ita dictus , quod in ſua arte debet eſſe fidus. Plur.* אומנין , אומניא Artifices. Hoſ. 13. 2. 2. Reg. 24. 14. *Fœm.* אומנן. Exod. 35. 33. *in Jonathane.*

אומנותא Ars, artificium, opificium. Exod. 31. 5.

אומנא Latus, angulus. Levit. 19. 9. & 23. 22. *in Jonathane.*

אומנים , אומנוס *Nomen montis* . Numer. 34. 8. *in Jonathane , in quo mortuus eſt Aaron* . Deut. 32. 50. *in Jonathane.*

אמפ אמפורין Mercatores, negotiatores. Gen. 25. 3. *in Jonathane.*

אמר Dicere, loqui. *Ithpehal* אתאמר dici. *Dicitur etiam* אתמר Job 34. 31. *Ithpah.* אתאמר Idem. על כן יתאמר Idcirco dicitur, *vel* dicetur. Geneſ. 10. 9.

מימר , מאמר , מימרא Verbum, ſermo, oratio, dictum, edictum. Pſal. 18. 27. Eſr. 6. 9. *Cum aff.* מימרי ſermo meus. Job 33. 3.

מאמר , מאמרא Idem. Prov. 16. 24. *Plur.* מאמרים apophthegmata.

אמוראה Doctor.

אמר , אמרא Ovis, agnus, pecus. Gen. 30. 32. *Plur.* אמרין agni. Exod. 29. 38. *Emphat.* אמריא. Lev. 1. 10. *Fœmin. ſing.* אמרתא agna, agnicula. Lev. 5. 6.

אמרא Ora, fimbria, faſcia. Pſal. 133. 2. *Munſtero* pharetra.

אמרכלא , אמרכל Dux, princeps, præfectus, præpoſitus. Iſa. 22. 23. *Plur.* אמרכלין. *Emphat.* אמרכליא Duces, principes. *In Targum Jonathanis plerumque legitur* אמרכול , *& in Plurali* אמרכולין.

אן Ubi? ubinam? *Adhibetur etiam ſine interrogatione.* 1. Sam. 26. 16.

לאן Quo, quonam, quorſum? ad quem locum? עד אן quouſque? מנן unde? *Dicitur etiam* מנאן , *&* מנין. *Apud Talmudicos* מנאלן unde nobis *ſc. conſtat ? pro* מן אן לן , *reſpondetque Hebraicæ phraſi* מאין לנו.

אין , אן Si. *In continuata ſententia repetitum valet* ſive. *Interrogative* num, numquid?

אנא , אנה Ego. *Plur.* אנן , אנחנא , *& ablato* א , נחנא. Nos. *Apud Rabbinos eſt etiam* אנו , *& apud Talmudicos* אנן. *In lingua Hieroſolymitana* א *ab initio ſæpe tollitur , ut* ונא *pro* ואנא & ego. *Plur.* נן *pro* אנן , דנן *pro* דאנן.

אנא , אינא Ille, ipſe: is. *Plur.* אנון , אנון Illi, ipſi. *Fœm.* אנין , הנין Illæ, ipſæ. *In Talmude Hieroſolymitano* א , *accedentibus ſervilibus , ſæpe eliditur.*

אנב אנבא. *Vide ſupra in* אבב , *ubi etiam* אבא fructus, proventus.

אנג אנגלא Angelus. *Plur.* אנגלין *Emph.* אנגליא. *Conſtr.* אנגלי Angeli. Pſal. 50. 5.

אנד אנדרטא Effigies, imago, figura, perſona, ſtatua. Eſth. 3. 2. *Plur. emph.* אנדרטיא Statuæ. Eſth. 3. 5.

Su-

Google

אנח Suſpirare, gemere, ingemiſcere. *Ithpehal* אִתְאֲנַח Idem. *Ithpahel* אִתְאַנַּח Idem. Iſa. 24. 7. *& contracte* וְאִתְנְחוּ Et ingemuerunt. Exod. 3. 23. *in Jonathane*.

אַנְחָא, אֲנָחָא Gemitus, ſuſpirium. *Plur.* אַנְחִין Suſpiria. *Cum aff.* אַנְחָתִי Suſpiria mea. Thren. 1. 12.

תִּינְחְתָא, תִּינַחְתָא Idem.

אנך, אוּנְכָא Onyx, *lapis pretioſus*. *Plur.* אוּנְכִין Onyches. Numer. 33. 8. *in Jonathane*. *In Ghemarà ſcribitur* אינך, & *a R. Salomone explicatur* carbunculus.

אנן Plangere, lugere, mæſtum eſſe. Eccleſ. 7. 4. *Solet proprie uſurpari de luctu interno, quemadmodum* אבל *de luctu externo*.

אֲנִינוּת אֲנִינוּתָא Querela, lamentum, luctus, mæſtitia, dolor. Thren. 2. 5.

אֲנַנְקֵי Neceſſitas, neceſſarium: afflictio, calamitas: anguſtia, oppreſſio. Gen. 22. 14. *in Targum Hieroſolymitano*. *Pro eo ſæpe reperitur adhibitum* אֲנִיקֵי, *ut* Eſth. 5. 1. *in Targum ſecundo*.

אנס Cogere, urgere: impellere, vim inferre: diripere: depopulari, premere, opprimere. *Inf.* לְמִינַס ad cogendum. Iſa. 29. 20. *Apud Rabbinos conjunctum cum* נַעֲרָה puella, *vel* בְּתוּלָה virgo, *ſignificat* violare, vi pudicitiam eripere, vi comprimere. *Ithpehal* אִתְאֲנַס idem. *Aphel Futur.* לָא תוֹנִיסוּן Non opprimatis. Jerem. 7. 6. *Hebraice* לֹא תַעֲשֹׁקוּ.

אוֹנְסָא, אוֹנְסָא, אוֹנֶס Vis, violentia, rapina, direptio, oppreſſio, neceſſitas, coactio, oppreſſio. Amos 2. 8. Iſa. 59. 4. בְּאוֹנֶס Coacte. *Plur.* אוֹנְסִין Oppreſſiones. Iſa. 5. 11. *&* אוֹנְסִין. Iſa. 33. 15.

אֲנִיסָא Idem. Eccleſ. 7. 8. Cant. 6. 5.

אֲנִיסוּת Idem. Eccleſ. 5. 7. Cant. 6. 5.

רִשְׁמִין דְּמִינַס מִינַס Idem. Iſa. 10. 1. Signaturæ violentiæ, *vel* injuriæ.

אוֹנוֹס, אוֹנַס, אָנוֹס, אֲנַס Violentus: prædo, raptor: tyrannus: dominus, dominator. Exod. 2. 16. *in Jonathane*. *Plur.* אֲנוֹסַיָּא, אֲנוֹסִין domini: tyranni.

אנף אַנְפָּא, אַף, *&* אַנְפָּא Facies, vultus, naſus. *In Jonathane*. Num. 15. 38. ora, fimbria. *Plur.* אַנְפִּין, אַנְפֵּי, *&* אַפִּין, אַפֵּי Facies, ſuperficies. *Hinc* עַל אַפֵּי In ſuperficie, ſuper. מֵאַפֵּי A facie, ante.

אַנְפִּלִין Penetralia, conclavia, tabernacula. Cant. 4. 12. *Videtur deduci ex Græcis vocibus* ἀντὶ, & πυλὼν atrium.

אנץ Incitare, ſtimulare. Eccl. 12. 12. *Inf.* לְאַנָּצָא ad ſtimulandum.

אנק Gemere, ingemiſcere, ſuſpirare. *Verbum proprium ſauciorum animam efflantium*. *Ithpeh.* אִתְּנַק *& Ithpah.* אִתַּנַּק idem.

אֲנַקְתָא Gemitus, ſuſpirium. Pſal. 79. 11.

אֲנִיקוּתָא Idem, Pſal. 102. 21.

אֲנִיקָא, אֲנִיקֵי, אֲנִיק Gemitus, anxietas, calamitas, afflictio, anguſtia. Pſal. 107. 39.

אִינְקָא *Nomen avis juxta quoſdam, quæ vocem naturalem edidit coram Rege Salomone*. Eſth. 1. 2. *in Targum ſecundo*. *Plur.* אַנְקִין, *vel* אֲנָקִין.

אוּנְקְלָא Uncus, hamus. Job 40. 21. *Plur.* אוּנְקְלִין unci. Eſth. 1. 6. *&* אַנְקְלִין Exod. 26. 36. *in Targum Hieroſolymitano*.

אנש, אֱנָשָׁא Homo, mortalis: quiſque: aliquis. 2. Sam. 2. 3.

Dan,

Dan. 2. 10. *Per aphæreſin* נש, *&* נש, *&* נשא, *ſicque conjungitur cum* בר, ut בר־נש, ברי נשא filius hominis, *h. e.* homo. *In Targum Jonathanis*, *& Hieroſolymitano* Prov. & Job. *Geminatum* אנש אנש *ſignificat* quiſque, unuſquiſque, quilibet. *Si ei præponas* לא, *ut* לא אנש nemo, nullus. *Plur.* אנשין homines: quidam. *Diſtributive*, quidam, aliqui. *Conſtr.* אנשי. *Talmudice*, *& Hieroſolymitane* אינשי.

אנת, *vel* את Tu. *Plur.* אנתון, אנתין אתון Vos. *Fœm.* אתן, אתין Vos. *Reperitur etiam* אתין *cum* י.

אתא, *&* אנתו, אנתתא, אנתא, אתתא, אתו Uxor, fœmina, mulier.

אסא Sanare, curare, mederi. *Pahel* אסי idem. 2. Reg. 2. 21. *Ithpahel* אתסי, אתאסי Sanati, curari. 2. Reg. 2. 22.

אסיותא, אסותא, אסו Sanatio, curatio, medicina, ſanitas, cura, medela. Jerem. 8. 22. Iſa. 58. 8.

מאסיא, מאסי Idem. Prov. 4. 22. & 12. 18.

אסי, אסיא, אסיא Medicus. Exod. 21. 9. *Plur.* אסותא Medici. Gen. 50. 2.

אסא Myrtus, *arbor*. Eſth. 2. 8. *in Targum ſecundo*. *Plur. emphat.* אסיא myrti. Eſth. 8. 15. *Eſt etiam nomen proprium Regis Judæorum*.

אסיא Fundamentum. *Aliqui contendunt legendum* שתאסיא Baſis, *vel* שתאסא.

אסיא Aſia. אוסאי Aſiani, Aſiatici. Pſal. 120. 5.

אסר, איסר *&* אסרא Cervical, pulvinar cervici ſubjectum. Gen. 28. 11. *Plur.* אסרין Cervicalia. *Cum aff.* איסרוהי Cervicalia ejus. 1. Sam. 26. 16.

אסט Comeſſari, epulari. Prov. 23. 20. *Hinc Græcum* ἀσωτεύομαι luxurioſe vivere.

אסיט Comeſſator, epulo: luxurioſus. *Græce* ἄσωτος. Prov. 23. 21.

אסטגנין Aſtrologus: genethliacus: magus. *Plur.* אסטגניניא, אסטגנינין Aſtrologi. Exod. 8. 12. *Uſurpatur pro voce Hebraica* חרטמים magi.

אסטגנינות Aſtrologia. *Reperitur aliquando* cum צ *in medio*. *Aliis* Aſtronomia, *h. e.* חכמת המזלות ſcientia aſtrorum.

אסטונא Porticus: ſcamnum, ſolium, ſedes, cathedra. *Quia autem porticus eſt prope portam, ab Hæbreis* בית שער *vocatur*.

אסטליתא, אסטולא, אסטלא Stola, pallium. *Scribitur interdum cum* צ. *Item* amictus, chlamys, veſtimentum. Gen. 9. 23.

אסטרטא, אסטרט Via, ſemita: platea. *Plur.* אסטרטיא, אסטרטין Viæ, ſemitæ. *Quandoque reperitur* אסרט, *ut* Deut. 11. *in Jonathane*.

אסטרטיג Dux, Imperator. *Græce* στρατηγός. *Item* ſtatio militum, acies ſtationaria, milites, ſtationarii. 1. Sam. 13. 13. *Pluralis* אסטרטיגין, *&* אסטרטגין Duces. 2. Sam. 8. 14.

אסטרטילוסי, אסטרטילוסין Duces agminis militaris. Eſth. 3. 12. & 9. 3.

אסט־קלילא *Vox eſt peregrina, & corrupta*. Eſth. 5. 9. *Exponitur per* laminam æream.

אסך אסכלא Craticula: cratis ferrea: vas culinarium. *Plur. emphat.*

phat. אַסְכַלְתָּא craticulæ. Num. 31. 23. *in Jonathane.*

אַסְכֵמָא Habitus: figura, ornatus, ſpecies. Prov. 7. 10. *Græce* σχῆμα.

אסל אַסְלָא Vectis, pertica: baculus: axis. *Plur.* אַסְלִין Vectes, perticæ. Lev. 26 26. *in Targum Jonathanis.*

אסן, אַסְנָא *Idem ac* סַנָא Odium, inimicitia. Gen. 50. 15. & 27. 41. *in Jonathane.* Deut. 19. 4.

אסף אִסְפְּלֵירָא Spelunca, ſpecus, antrum, caverna. Exod. 33. 22. *in Jonathane. Munſtero* cœnaculum, conclave.

אִסְפְּלָעִיתָא, אִסְפְּלָנִיתָא Splenium, emplaſtrum, *peculiariter ex cera, & adipe.* Job 30. 24. *Munſtero* clamor.

אִסְפַּנְיָא Hiſpania. *In Targum* Obadiæ v. 20.

אִסְפַּנְקִי, אִסְפַּנְק Zona, cingulum. 2. Sam. 18. 11.

אִסְפַּסְתָּא Pabulum, cibus jumentorum, migma. Gen. 43. 23. *Talmudicis hæc vox frequentiſſima.*

אִסְפַּקְלָטוֹר Spiculator, ſatelles, carnifex. *Reperitur etiam ſine* א. *Rabbinis uſitata admodum hæc vox eſt.*

אִסְפַּקְלַרְיָא, אִסְפַּקְלָרָא, אִסְפַּקְלַר Speculum. Job 27. 17. *Plur.* אִסְפַּקְלָרִין ſpecula. Deut. 33. 17. *in Jonathane. Apud* Rabbinos אִסְפַּקְלַרְיָא דְאוֹרַיְיתָא *Specularium Legis. Ita* eximii Legis Doctores *ab iis vocantur.*

אִסְפַּרְמָקִין Aromata, pharmaca. Deut. 28. 23. *in Targum Jonathanis. Videtur deductum a Græco* φάρμακον.

אס״ף *Eſt abbreviatura ſignificans duos accentus* Athnàch, *&* Sophpaſùk. *Ea Maſorethæ utuntur admonentes, dictionem aliquam ob accentum minorem pauſantem, veluti* Tiphchà, Rebhià, SaKèph Katòn *ſcribi cum vocali* Kamètz, *æque ac ſi pauſis majoribus* Athnàch, & Sophpaſùk *eſſet ornata, quarum vis hujuſmodi eſt, ut ex Grammatica habetur. Hinc Grammaticorum præceptum ſolet eſſe,* "*voces, quæ non declinantur, carere* באס״ף *paucis* Athnàch, *&* Sophpaſùk. *Voces enim indeclinabiles, ut vulgo a Grammaticis vocantur, ſunt* מִלּוֹת הַדְּבֵק dictiones adhæſionis, *quæ ex ſe ſolæ numquam reperiuntur, ſed cum aliis vocibus conjunguntur.*

אסק אִסְקְרִיטִין Tubi, fiſtulæ. Zach. 4. 12. lagana, placentæ, *ex ſimila, & oleo.* Exod. 16. 31. *in OnKeloſo. In Aruch autem eſt* איסקריטאין.

אֲסַר Ligare, colligare, vincire. Gen. 42. 24. vetare, prohibere, *quemadmodum etiam apud Rabbinos. Hinc* אָסוּר vetitum, prohibitum, illicitum. *Aphel* אַסַּר Idem. *Ithpeh.* אִתְאֲסַר ligari, vinciri. *Talmudiſtæ* א *elidunt,* אִיתְּסַר prohiberi, vetari. *Hinc* מִיתְּסַר prohibitum, vetitum.

אִסּוּר, אֱסוּר Vinculum, ligamen. Dan. 4. 12. *Plur.* אִסּוּרִין, אֱסוּרִין vincula. *Interdum idem eſt, ac* אִסּוּרִין caſtigationes. Eccleſ. 7. 10.

אֲסִיר Vinctus, ligatus. Jer. 40. 1. *Plur. emph.* בֵּית אֲסִירַיָּא Domus vinctorum, carcer. Jerem. 32. 2.

אִסָּר Obligatio. Numer. 30.

אֱסָרָא, אֱסָר Interdictum. Dan. 6. 7. obligatio, vinculum. Judic. 15. 14.

אֱסַרְתָּא, אֱסָרָא Ligamen, vinculum, nexus, manipulus, faſciculus *ſegetum, aut aliarum rerum. Plur.* אֱסָרִין, *&* אֱסָרָן vincula.

מַסּוֹרֶת Vinculum. Exod. 20. 37. *&* מַאֲסֹרֶת Ezech. 20. 37.

Via,

Digitized by Google

אִסְרַטָא Via, ſemita. Job 16. 22. *Plur.* אִסְרַטְיָא , אִסְרַטִין viæ. Deut. 1. 1. *Conſtr.* אִסְרַטֵי Job 6. 18. & 19. *Etiam fœm. apud Rabbinos.*

אסת אִסְתַּוְרָא Greſſus, inceſſus, pes, talus pedis. *Item* tibia. *Græce σαυρός. Plur.* אִסְתַּוְרֵי , אִסְתַּוְרִין Pedes. Pſal. 73. 2.

אִסְתַּנְיָא Aquilo, Boreas, ventus Septemtrionalis, Aquilonaris. Job 37. 22. *in Targum altero. Aruch legit* איסתנא.

אִסְתְּנִיס Infirmus, debilis: tener. Job 6. 7. *Græce ἀσθενής. Frequenter adhibetur apud Talmudicos.*

אִסְתִּירָא Stella. *Græce ἀστήρ. Hinc nomen* Eſther *Hebræi volunt derivatum fuiſſe, quaſi pulcra eſſet, ac ſtella Veneris.*

אִסְתְּהַר Idem. Job 31. 26.

אע, אָעָא Lignum: arbor. Num. 31. 20. *Plur.* אָעִין. *Conſtr.* אָעֵי Arbores: ligna. Joſ. 9. 21. *Emphat.* אָעַיָּא Lev. 1. 6.

אֲנִירָתָא Cancelli. Judic. 5. 27. *Item* feneſtella, tranſenna.

א״ע *Abbreviatura eſt idem ſignificans, ac* אֶבֶן עֶזְרָא Abèn Ezrà. *Abèn eſt nomen ex Lingua Arabica deſumptum, quo plures Arabes ita vocantur. De Abèn Ezrà vide Diſputationem noſtram huic Lexico præfixam. Præterea hæc eadem abbreviatura apud Talmudiſtas præcipue adhibetur pro vocibus integris* אָמַר עוּלָּא Dixit Ula.

אע״ג *Abbreviatura etiam hæc eſt idem valens, ac* אַף עַל גַּב Etſi, etiamſi, licet, tametſi. *Ejuſdem fini aliquando additur* ב, *ut* אעג״ב; *initio autem litteræ ſerviles* ו, *vel* ד, *ut* ואע״ג , דאע״ג Quod etſi.

אע״ג״ע *Sunt duæ abbreviaturæ ſimul conjunctæ. De* א״ע *ſupra dictum eſt; de* נ״ע *loco ſuo videbis.*

אף *& Hieroſolymitane* אוף Etiam, quinetiam, quoque. אַף אִלְהֵין Quanto magis? *vel*, quanto minus, *juxta ſenſum*: אַף כָּל־דְּכֵן quanto minus. הָאַף an etiam? numquid? אַף לָא etiam non, neque: אַף עַל גַּב etſi, quamvis, tametſi, etiamſi, licet. Gen. 15. 1. *In Jonathane, & Targum Hieroſolymitano. Talmudicis etiam frequentiſſimum eſt. At Rabbini pro eo uſurpant* אַף עַל פִּי, *& per abbreviaturas* אעפ״י *h. e.* אַף עַל פִּי quamvis ſic.

אֲפִילוּ Etſi, etiamſi. *Componitur ex* אַף *&* אִלּוּ.

אפא, אֲפָה Coquere, pinſere. Iſa. 44. 15. *Ithpeh.* אִתְאֲפֵי coqui: Lev. 2. 4. *in Jonathane.*

אָפֵי Coquus, piſtor. *Fœm.* אָפָה Coqua. *Plur. fœm.* אָפָן Coquæ. 1. Sam. 8. 13.

מַאֲפֶה Coctum. Levit. 2. 4. מַאֲפֵה תַנּוּר Coctum furni.

תּוּפִינִין Cocturæ. Levit. 16. 14. *Rabbinis* decoctiones.

תַּפְיָא Chytra, chytropus. Pſal. 102. 4. *Græce χυτρόπους. Ollæ ſuſtentaculum pedibus innixum. Plur* תַּפַיִין Chytræ, chytropodes. Levit. 11. 1. *& 35. in Jonathane, & Targum Hieroſolymitano. Biblia Regia habent* תַּפִין *cum ſimplici Jod.*

אפד אֵפוּדָא , אֵפוֹד Ephod, amiculum, veſtis Sacerdotalis, *de qua paſſim in Pentateucho, & alibi.*

אַפַּדְנָא Atrium: palatium: tentorium, aulæum. Jer. 43. 10.

אפט אַפּוֹטְנִיוּתָא Cellulæ, conclavia, penuaria, cubicula, apothecæ. Gen 6. 14. *in Jonathane.*

אַפִּיטְרוֹפּוֹס , אַפִּטְרוֹפּוֹס Tutor, curator,

tor, præfectus, adminiſtrator, gubernator, miniſter, præfectus. *Græce* Ἐπίτροπος. Gen. 43. 15. *Plur.* אַפִּיטְרוֹפִּין Tutores, gubernatores. Gen. 41. 35.

אפך אֲפַךְ Fugere, terga vertere, conjicere ſe in fugam. *Item* vertere, ſubvertere. *Pahel* אַפֵּךְ Idem. Pſal. 114. 3. 5.

אפל אֲפִילָא & אֲפֵלָא Serotinum, *quod ſerius provenit. Plur.* אֲפִילֵי, אֲפִילִין Serotina. Eccleſ. 11. 2. & *fœm.* אֲפִלְתָא Exod. 9. 32. *In Talmude opponuntur* חַרְפֵי & אֲפִילֵי. *Nam* אֲפִילֵי *ſunt nubes, quæ poſt pluviam oriuntur,* חַרְפֵי *autem nubes pluviam præcedentes. Eadem nomina in genere fœminino uſurpantur de ovibus ſerotinis, & imbecillioribus menſe Martio orientibus, & primoribus, validioribuſque menſe Februario naſcentibus.*

אֲפִילוּ Etiam, etiamſi, quamvis.

אפם אַפַּמְיָא Aphamia, *nomen proprium loci.* Num. 34. 10. *in Jonathane. Hæc urbs fuit caput Cæleſyriæ, cujus conditor Seleucus. Talmud Hieroſolymitanum habet* אַפָּמְיָם.

אפן אַפַּנְטוֹר *Juxta quoſdam,* jaſpis. Cant. 5. 14. *Aliis* pantherius, *lapis pretioſus. Plur.* אַפַּנְטוֹרִין jaſpides.

אפס אִיפְסַר, אַפְסְרָא, אַפְסָר Camus, capiſtrum, habena, lorum fræni. Num. 19. 2. *in Jonathane. In Bibliis Venetis male legitur per* ר.

אפס *Abbreviatura, quæ idem eſt, ac* אֶחָד פָּסוּק סִימָן Unus verſus ſignum eſt. *Hac abbreviatura Maſorethæ utuntur quoties aliquem verſum ex Sacris litteris deſumptum pro ſigno certo quarumdam vocum adducunt, quæ in aliis, atque aliis locis variæ, ac diverſæ ſunt.*

אפע אֶפְעָא *Plur.* Serpentes: dracones. Iſa. 14. 29. & 59. 5. *Eſt & nomen loci.* 1. Sam. 13. 18.

אפת אַפּוּפְרִין Scabellum pedum. Exod. 24. 10. *in Targum Jonathanis, ſed ſcribitur per* ר, *quemadmodum uſurpatur etiam apud Talmudicos. Hinc* אִיפּוּפְרִין דְּרַגְלוֹי Scabellum pedum ejus *in Targum Hieroſolymitano.* Exod. 24. 10.

אפק אַפֵּקִירוֹס *Nomen loci.* Joſ. 11. 5. *Nonnullis nomen proprium populi.*

אֲפִיקוֹמָן *AphiKomèn.* Bellaria *vulgo apud Hebræos. De voce* AphiKomèn, *quæ in Ritualibus Hebræorum, & in aliis Rabbinorum libris ſæpe occurrit, varia eſt Auctorum ſententia. Alii deducunt ejus originem ex Hebraica Lingua, eam in duas partes dividentes* אֲפִיקוּ מָן AphìKu man, *h. e.* educite cibum cœleſtem, *videlicet* manna, *cui ſimilem eſſe panem azymum Paſchalem volunt; alii per eam hęc verba denotari arbitrantur* אֲפִיקוּ מִינֵי מְזוֹנוֹת educite varietatem ciborum, *vel* מְתִיקוֹת rerum dulcium; *alii denique vocem peregrinam eſſe cenſent ab* Ἐπίκωμος *derivatam* comeſſatorem *ſignificantem, per quam bellaria, & quæ ſecundis menſis apponebantur, veluti fructus, paſtillos, & alia hujuſmodi intelligi contendunt. Hæc poſtrema opinio reliquis magis nobis arridet. Ex Rabbinis autem alii per eam* fungos, *alii* pullos columbarum, *alii* nuces, *alii* dactylos toſtos *intelligunt, quibus poſt prandium, vel cœnam bellariorum loco pauperes veſci ſolent. Rabbinorum verbis hujuſmodi bellaria vocantur* קִינּוּחַ סְעוּדָה abſterſio prandii, *vel cœna. Hujuſmodi enim bellariis primæ menſę cibus quaſi abſtergitur.*

אפר אֶפְרָא Cinis: pulvis. Pſal. 102. 9. Eſth. 4. 1. *in Targum ſecundo. Hebraice* אֵפֶר, *quod etiam per* קִטְמָא *exponitur.*

אֲפָרָה Alga, juncus, juncetum. Exod. 2. 3.

2. 3. *in Targum Hieroſolymitano. Hebraice* בַּסּוּף In alga, in carecto.

אוֹפִיר Ophir *inſula, in qua autum optimum.* Eſth. 5. 1. *in Targum ſecundo.*

אִיפַּרְכוֹס Eparchus, præſes, præſectus. *Græce* ἔπαρχος. *Plur.* אִפַּרְכַיָא , אִפַּרְכִין Præſecti. Pſal. 72. 9. Eſth. 9. 3. *Male* Eſth. 8. 9. *ſcribitur* אִפַּרְכִין. *Conſtr.* אִפַּרְכֵי Eſth. 10. 1.

אִפַּרְכִיָא Præfectura. *Græce* ἐπαρχία. Gen. 10. 2. *Plur.* אִפַּרְכָיָן præfecturæ. Deut. 3. 11. *in Targum Hieroſolymitano, & Jonathanis.*

אִפַּרְכְּמָא Balſamum. Num. 35. 28. *in Jonathane.*

אִפְּרוּרִין Duces, præfecti militiæ. Ezech. 4. 2. & 21. 22. *Aliis* arietes, *machinæ bellicæ.*

אפש אֶפְשָׁר Poſſibile eſt, fieri poteſt: fortaſſe, forſitan, forte. Job 16. 21. *Apud Rabbinos* אִי אֶפְשָׁר, לֵית אֶפְשָׁר Non eſt poſſibile. לְפִי מַה שֶׁאֶפְשָׁר Quantum fieri poteſt. *Alii ſcribunt* אֲוּשַׁר. Gen. 21. 10. & 18. 17. *in Jonathane, &* אֲוּשַׁר *in Targum Hieroſolymitano, litteris ejuſdem organi inter ſe commutatis.*

אפת אַפְּתוֹם Theſaurus, ærarium; tributum; reditus annui. *Nonnullis* impenſæ. Ezræ 4. 13.

אַפּוֹתִיקֵי Apotheca, theſaurus. Gen. 24. 10. *in Jonathane. Plur.* אַפּוֹתִיקֵי , אַפּוֹתִיקִין Theſauri. *Græce* ἀποθήκη. Pignus rei immobilis, *ut domus, agri &c.*

אצה אֲצוּחָא , אֲצוָא Mactra. *Plur.* אֲצָוָן , אֲצוָת mactræ. Exodi 8. 3. *Aliis* muſcus, lanugo *in corticibus arborum, & aliis locis. Munſtero inepte* clamor, vociſeratio.

אצ״ *Abbreviatura eſt valens idem, ac* אֵין צָרִיךְ Non eſt neceſſe, *cui fere ſolet addi* ל, *vel Infinitivus. Preterea* א״צ *ſubjecta eſt ſignificatio* אֶרֶץ צְבִי Terra decoris, *videlicet,* Judæa, terra Iſraelitica *ita in Sacris litteris ſæpe vocata, ut* Dan. 11. 16. Ezech. 20. 6.

אצט אִצְטַגְנִין Magus, aſtrologus. *Idem ac* אִסְטַגְנִין, *litteris* ס, *&* צ *inter ſe commutatis. Plur.* אִצְטַגְנִינִין Magi, aſtrologi, Genethliaci. *Per ſynecdochen* Chaldæi, *quia Magiam exercebant.*

אִצְטְלָא , אִצְטְלֵי , אִצְטְלִית , אִצְטְלִיתָא Stola. *Plur.* אִצְטְלָיָן ſtolæ. Jud. 14. 13. *&* אִצְטְלְוָתָא v. 19.

אצ״ל *Abbreviatura eſt. Idem ſignificat, ac* אֵין צָרִיךְ לוֹמַר Non eſt neceſſe dicere. *Rabbini autem pro* לֵאמוֹר *uſurpant* לוֹמַר. *Ita etiam dicunt* אֵין צָרִיךְ לְבָרֵךְ Non eſt neceſſe benedicere.

אָצַר Reponere, recondere in theſaurum. *Ex Ithpeh.* לָא יִתְאֲצַר non recondetur. *Iſa.* 23. 18.

אוֹצְרָא , אוֹצָר Theſaurus, penus, cella, apotheca, horreum. Joſ. 6. 19. *Plur.* אוֹצְרִין. אוֹצְרַיָא theſauri. Gen. 41. 56.

אקט אוּקְטַרְיָא Præfecti militares: lictores. Exod. 14. 5. *in Jonathane. Aliis* Octuriones.

Ocea-

אקן אוֹקְיָנוֹס & יוֹקְיָנוֹס & אוֹקְיָנוֹס Oceanus, mare magnum. *Græce* ὠκεανός. Num. 34. 6. *in Jonathane*.

אקם אַקְמָתָא Aranea: *nonnullis* ſimia. Prov. 30. 28.

אקן אִיקוֹן & אִיקוֹן Imago, figura, icon: aſpectus, vultus, ſpecies, effigies. *Plur.* אִיקוֹנִין imagines, icones. *Græce* εἰκών. Gen. 4. 5. *in Jonathane*.

אקס אַקְסִיל Lignum. Cant. 4. 14. וְאַקְסֵיל אֲלוָאִין & lignum aloes. Pſal. 45. 9.

ארא״ריתא *Abbreviatura eſt. Valet idem, ac* אֶחָד רֹאשׁ אַחְדוּתוֹ, רֹאשׁ יִחוּדוֹ תְּמוּרָתוֹ אֶחָד *h. e.* Unum, principium unitatis ſuæ, viciſſitudo ejus unum. *Apud Reuchlinum lib. 3. Cabbalæ colligitur, Kabbaliſtas ita deſcribere Deum æternum, immutabilem, unicum, ſemperque ſibi ſimilem, & conſtantem.*

ארב אוּרְבִּינָא Paliurus, *ſpinæ genus*. Eſth. 2. 7. *in Targum ſecundo*.

ארג אַרְגּוּבְלַיָּא Cœmentarii, fabri murarii, latomi, lapidicidæ. 1. Reg. 5. 18. 2. Reg. 15. 13.

אַרְגְּוָנָא, אַרְגְּוָן Purpura. Dan. 5. 7.

ארד אַרְדִּכְלָא Architectus, ſtructor. *Plur.* אַרְדִּכְלַיָּא, אַרְדִּכְלִין architecti. 2. Sam. 5. 11. *Nonnullis eſt inſtrumentum muſicum, vulgo* Organum.

אַרְדִּפְנֵי *Nomen ligni, vel arboris*. Exod. 15. 25. *in Jonathane. Hoc ligno creditur apud Hebræos Moſes dulces aquas amaras reddidiſſe, inſcripto ei nomine* יְהוָה, *& in aquas immiſſo.*

ארה אַרְיָא Leo. *Plur.* אַרְיָוָן, אַרְיָוָתָא Leones, *ita dicti a carpenda præda, a Verbo* אָרָה carpere.

אַרְיְוָתָא, אַרְיְוָא Idem. Pſal. 7. 3. Leæna. Gen. 49. 9. *in Targum Hieroſolymitano, pro quo* Deut. 33. 20. *in eodem Targum legitur punctatum* אַרְיְוָתָא.

אֲרוֹנָא, אֲרוֹן Arca, capſa. Joſ. 4. 18.

אֲרִיתָא, אֲרִית Stagnum, fons, piſcina, rivus, aquæductus. *Plur.* אֲרִיתַיָּא, אֲרִיתִין & אַרְיָוָתָא rivi. Eſth. 1. 2. *in Targum ſecundo, ubi punctatum* אֲרְיוּתָא, *quod mendoſum.*

אוּרְיָתָא, אוּרְוָא, אוּרְיָא Præſepe: ſtabulum. Eſth. 6. 11. *in Targum ſecundo. Pluralis* אֻרְוֹת 1. Reg. 4. 26. אוּרְוָתָא Stabula. Prov. 14. 4.

ארג״מן *Abbreviatura. Idem eſt, ac* אוּרִיאֵל רְפָאֵל, גַּבְרִיאֵל, מִיכָאֵל, נוּרִיאֵל *h. e.* Uriel, Raphael, Gabriel, Michael, Nuriel. *Sunt nomina Angelorum, quos volunt Rabbini tamquam ſigniferos Deum comitatos eſſe, cum in montem Sinai ad tradendum Decalogum deſcendit. De his vide Reuchlinum lib. 3. Kabbalæ.*

ארו En, ecce. Dan. 7. 2. *Idem eſt, ac* אֲלוּ. וַאֲרוּ Et ecce. Dan. 7. 13.

ארז, אַרְזָא Cedrus. 1. Reg. 6. 18. *Plur.* אַרְזִין Iſa. 41. 19. אַרְזַיָּא cedri. Jer. 22. 14. *De cedrorum ſpeciebus inter ſe diſſident Hebræi. R. enim Beechài in Leg. fol. 173. vult cedrorum ſpecies eſſe tantummodo ſeptem; Talmudiſtæ in Tractatu* ראש השנה Roſch haſchanà *fol. 23. 1. recenſent decem; Rabbini vero in* בראשית רבא Bereſchith rabbà *ſect. 15. eorumdem numerum ad viginti quatuor extendunt.*

אַרְמִילוֹס Armillus. *Idem eſt, ac*

דִּמְעָתָא, דִּמְעָא, דִּמַע Lachryma. Pſal. 80. 6. *Plur.* דִּמְעִין. Thren. 2. 11. *Emphat.* דִּמְעָתָא lachrymæ. Pſal. 16. 25. דְּמָעִין idem. Thren. 2. 11.

דְּמַע, דֶּמַע Liquor ſtillans: oblatio voluntaria de rebus liquidis, vino, oleo &c. Exod. 22. 29. *Hebraice dicitur* תְּרוּמָה, *quia ex aliis rebus tollitur, ſive ſeparatur.*

דמר *Infinitivus Chaldaicus* לָא לְמִתְדַּמְּרוּ non eſt mirandum. Prov. 6. 30.

דמש דַּמַשְׁתֵּי Quinque. Deut. 9. 19. *in Jonathane, ſed legendum* חֲמַשְׁתֵּי.

דֵּן, הָדֵין, דֵּין, הַדֵּין Ille: iſte: illud, iſtud. Eccl. 2. 1. Jud. 5. 5. בְּעָלְמָא הָדֵין In ſæculo hoc. אֵי מִדֵּין עַמָּא אַתְּ Ex quonam es populo? Jon. 1. 8. *Legitur etiam ſine Nun, ut* מִן אֵידֵי אוּמָּא Ex quo populo? *Hebraice* אֵיזֶה Eſth. 7. 6. *in ſecundo Targum, pro* מֵאֵידֵין. *Apud Talmudicos interdum eſt interrogativum*, quiſnam? quinam? *& in numero plurali* הידין, הידרן quænam? *ut* היידן אינון כינויין Quænam ſunt cognomina cognominum? *In Talmude Hieroſolymitano Nazir cap.* 1. אֵידֵין Ecquod, qualenam? Cant. 5. 17. *Fæm.* דְּנָא, דְּנָה illa, iſta.

כִּדְנָה Sic, hujuſmodi, ſecundum hoc. Dan. 5. 7. Jerem. 10. 11. מִן קַדְמַת דְּנָא Ab antiquo, ſive antiquitate. Eccleſ. 1. 9.

הַדֵּין, הָדֵין Tunc. Prov. 2. 5. Pſal. 119. 6. כְּהַדֵּין Idem. Pſal. 89. 20.

בְּדֵין Hic. *Hebraice* פֹּה. Judic. 18. 3.

כְּדֵין ſic, ſicut. *Hebraice* כֹּה. Gen. 15. 5.

מָדֵין quare?

דְּנָן Idem. כִּדְנָן ſic. לְמָא דְּנָן quorſum, quare?

Me-

דְּנָא Meditari, eloqui. Prov. 8. 7. & 24. 2. *Reſpondet Hebræo* הָגָה.

דְּנָא Vas, dolium.

דְּנָב, דִּנְבָא, דַּנְבָא, דּוּנְבָא Cauda. Jud. 15. 4. *Cum aff.* דּוּנְבֵיהּ caudam ſuam. Job. 40. 12. *Plur.* דְּנְבַיָּא caudæ. Jud. 15. 4.

דְּנַח Oriri, exoriri, naſci. Gen. 32. 31. Eccleſ. 1. 5. *De Solis ortu præcipue uſurpatur.*

מַדִּנְחָא Oriens, plaga Orientalis. Deut. 3. 27. *Hebraice* מִזְרָח.

מַדִּנְחָאי Orientalis. *Fœm.* תְּרַע מַדִּנְחָאָה Porta Orientalis. Jer. 26. 10.

מַדְנַח, מִדְנְחָא Ortus: Oriens. Num. 34. 11. Deut. 4. 47.

דנק *Ithpehal* אִדְּנַק Gemere, ingemiſcere, ſuſpirare. Malach. 2. 13. *Ithpahel* אִדַּנַּק idem. Ezech. 6. 9.

דנר דִּינָר, דִּינָרָא Denarius. Exod. 30. 13. *in Jonathane*. *Plur.* דִּינָרִין denarii. 2. Reg. 5. 5. Denarius *erat numiſma antiquum Hebraicum, quod quartam Sicli ſacri partem valebat. Alio nomine etiam dicebatur* זוז, *vel* זוזא Drachma. *Hinc* Didrachma *erat Siclus communis, qui in rebus profanis adhibebatur.* Tetradrachma *autem erat Siclus, cujus uſus tantum in rebus ſacris. Ex R. Elia* Denarius *argenteam ſolummodo monetam ſignificabat. Quod ſi moneta aurea eſſet intelligenda,* זְהַב *vel* דְּהַב Auri *nomen ei addebatur, ut* 1. 2. *Reg.* 5. 5. שִׁיתָא אַלְפִין דִּינְרִין דִּדְהַב Sex millia Denariorum aureorum. *Porro ex R. Moyſe Bar Nachmàn Denarius aureus valebat viginti quinque denarios argenteos. Cæterum* Denarii *nomine plerumque apud Auctores intelligitur numiſma, vel nummus quilibet melior poſt Siclum. Hinc in Bavà Batrà dicitur.* Drachma, Sus, vel Susà, aut Dinàr erat quarta pars Sicli ſacri ſemiuncialis. Dimidius ſiclus erat quarta taleri Imperialis. Ut Romanis Drachma ſex obolos valebat, ſic Hebræis ſex מָעִין. Maa ergo, & Obolus idem. *In Bavà Metzià additur.* Denarius argenteus erat una vigeſima quinta Denarii aurei. *Apud R. Salomonem in Bavà Kamà id confirmatur aliis verbis.* Denarius aureus valebat viginti quinque Denarios argenteos. *Qui plura deſiderat, legat R. Moſem Bar Nachmàn in Legem.*

דסק דִּסְקִיָּא, דִּיסַקְיָא Saccus, mantica, pera. *Italice* biſaccia, *aut* biſacca.

דסת דִּסְתְּקָא Capulus. Jud. 3. 22. *Hebraice* הַנִּצָּב.

דְּעַךְ Extinguere, extingui. Prov. 10. 7. Iſa. 43. 17. *Aphel* אַדְעֵיךְ extinguere. Prov. 16. 14.

דְּעַץ Figere, infigere. Gen. 30. 38. *in OnKeloſo*. *Apud Talmudicos contracte dicitur* דַּץ, *ut* דַּץ בֵּיהּ ſi figat in eo, *ſc. acu.*

דְּעַק. *Pahel ex prima geminata* דַּעְדֵּק Comminuere. Job 16. 22.

דַּעְדְּקָא, דַּעֲדַק Parvum, tenue, minutum. Exod. 16. 14. *in Jonathane*. *Plur.*

par-

דַעְדְקִין parva. Mich. 6. 11. *Emphat.* דַעְדְקָא Iſa. 22. 24. *Fœm.* דְעַדְקָן Ezech. 16. 61.

דַף ,דף דַפָא Aſſer, tabula. Exod. 15. 16. *Plur.* דַפַיָא ,דַפִין tabulæ, aſſeres. Exod. 26. 25.

דפה דֻפְיָא ,דֻפִי Infamia, probrum. Pſal. 50. 20. *In Bibliis Regiis* דְפִיו.

דפח דַפִיחַ *Nomen proprium loci, pro Hebræo* חֲצֵרִים Deut. 2. 23.

דפט דְפַטַיָא Qui forti præſunt, præfecti fortis. Deuter. 1. 8. *in Jonathane.*

דפן דוּפְנָא ,דוּפָן Latus, eris, coſta: paries. 2. Sam. 2. 23. *Plur.* דְפָנוֹת latera. *In Targum cum aff.* דוּפְנֵיהָא lateribus ſuis. Lev. 23. 42.

דפס דְפוּס Typus, forma: preſſio, impreſſio, expreſſio. Gen. 49. 11. *in Targum Hieroſolymitano. Hine* בֵית הַדְפוּס Domus typorum, *h. e.* typographia. בַעַל הַדְפוּס Dominus typorum, *h. e.* typographus. *Plur.* דְפוּסִין הַרְבֵה Formæ plures.

דְפִיסָה Preſſio, impreſſio.

דפק *Hinc* דוּפְקָא דוּפַק Latus feretri, *vel* ſepulcri, *ſive illud ſit ex aſſeribus, ſive ex lapidibus.* Num. 19. 16. *in Jonathane. A Verbo autem* דָפַק pulſare *latera ſepulchri vocantur* דוּפְקִים, *quia quodammodo pulſant mortuum. Ex Bartenora* דוּפַק *ſunt duo lapides magni, unus hinc, alter illinc, quibus lapis ſepulchralis innititur.*

דקה דְקִיתָא Spina dorſi. Levit. 3. 9. *in Targum Jonathanis.*

דקל דִקְלָא Palma: dactylus. Eſth. 7. 10. Cant. 7. 8. *Plur.* דִקְלִין, דִקְלַיָא palmæ; dactyli. Num. 33. 9.

דְקִילָן Mola; frumenta contuſa. 2. Sam. 17. 19. *Biblia Regia* דְקָלִין.

דִקַן ,דקן דִקְנָא Barba. *Hebraice* זָקָן. Iſa. 15. 7. *Cum* י דִיקְנָא Gen. 25. 25. *in Jonathane.*

דְקַק Comminui, teri, conteri. Dan. 2. 35. *Aphel* אַדֵק Comminuere, conterere. Exod. 30. 36. *Pahel* דַקֵק, *&* דַקְדֵק idem. Iſa. 30. 14. *Ithpahel* אִדַקְדַק conteri, comminui. Nahum 3. 10.

דַק Tenue, minutum, gracile. *Fœm.* דַקָה Tenuis, minuta. *Apud Aſtronomos* minutum. *Plur.* דַקִין Tenuia. *Per ſynecdochen* inteſtina tenuia, & gracilia.

דוּקָא Minutum, gracile, *ut* ſtipula, palea. Iſa. 40. 15.

דַקִיק ,דְקִיק Tenue, minutum. Iſa. 29. 5. *Plur.* דַקִיקִין ,דְקִיקִין minuta. Lev. 16. 12. *Fœm.* דְקִיקְתָא דִקְרָוֵי In urbibus parvis. Eſth. 9. 19. *In Targum ſecundo.*

דוּקָא Gracilitas, ſubtilitas, tenuitas. Levit. 21. 20.

דִקוּק Comminutio. Iſa. 30. 14.

דִקְדוּק Subtilitas: Subtilis conſideratio, Inquiſitio, Diſputatio, Diſſertatio. *Hinc* Grammatica *dicitur* דִקְדוּק, *quia eſt ſubtilis diſcuſſio ſermonis, & accurata ejuſdem per præcepta explicatio: vel quia Linguam minutatim per ſingulas partes, & minuta* ru-

rudimenta docet. *Plur.* דִּקְדּוּקִין ſubtilitates. Cant. 5. 13.

מְדַקְדֵּק Grammaticus. *Propterea Elias Levita ultimus inter Hebræos Grammaticus per Antonomaſiam vocatur Elias* הַמְדַקְדֵּק Grammaticus, *quia ejus ſcripta omnia res Grammaticas complectuntur*.

דְּקַר Transfigere, transfodere, pungere. *Ex Ithpehal Futurum* יִדַּקְּרוּן transfigentur. Mich. 1. 7.

דְּרָא, דְּרֵי Spargere, diſpergere, diſſipare, ventilare. Exod. 32. 20. Iſa. 41. 16. Jer. 4. 11.

מְדֵירָא Ventilabrum. Jerem. 15. 7. Iſa. 30. 24.

דרב דּוּרְבָנָא, דַּרְבָּן Gubernator, præſes, præfectus, moderator, magnas. *Item* ſtimulus. *Plur.* דּוּרְבָנַיָּא gubernatores, præfecti, magnates. Job 35. 9.

דרג דַּרְגָּא Gradus, ſcala. Eſth. 1. 2. *in Targum ſecundo*. *Plur.* דַּרְגִּין, *& fæmin.* דַּרְגָּתָא gradus, ſcalæ. Cant. 2. 14. *Proverbium tritum eſt apud Talmudicos* נחית דרגא נסיב איתתא סק דרגא בחר שושבינא *h. e.* Deſcende per ſcalam uxorem ducturus, aſcende per ſcalam electurus amicum bonum. *Huic proverbio hæc ſententia ineſt. Noli ducere uxorem te præſtantiorem. Hujuſmodi enim tibi dominabitur. Selecturus autem amicum, cura, ut ſit vir honeſtus, probus, inſignis, & eximius, Ex ejus enim familiaritate non ſolum commodum, ſed etiam ſplendor, & gloria in te derivabitur. Hinc Euripides in Phœnice* Τοιοῦτός ἐστιν ἕκαστος, οἷσπερ ἥδεται ξυνῶν, *h. e.* Talis eſt quiſque, qualium converſatione utitur.

דַּרְגְּשָׁא, דַּרְגָּשׁ Lectus, ſponda, ſtratum. Gen. 48. 2. *Plur.* דַּרְגְּשִׁין lecti. Eſth. 1. 6. *Rambàm, & Bartendra ajunt*, דַּרְגָּשׁ *eſſe lectum parvum, quem collocant ante lectum majorem, & ex eo veluti per ſcalam in lectum majorem aſcendunt. Diſcrimen inter* מִטָּה, & דַּרְגָּשׁ *aſſignatur in Talmude Hieroſolymitano Berachòt cap. 3.*

דְּרַד *Infinitivus Pahel* לְמִדְּרָדָא *vel* לְמִידְּרָדָא ad decinerandum. Exod. 27. 3. *in Targum Hieroſolymitano, & Jonathanis*.

דּוּרְדְּיָה Fæx. *Plur. cum aff.* דּוּרְדְּיָהָא fæces ejus. Pſal. 75. 9.

דַּרְדָּק Puer, parvus, parvulus. *Plur.* דַּרְדְּקִין pueri. Job 30. 1. *Cum aff.* דַּרְדְּקֵיהוֹן Eſth. 4. 1. *in Targum ſecundo. Hoc nomen utrumque ſexum complectitur, ut* Liberi *apud Latinos*.

דַּרְדַּר Carduus. *Plur.* דַּרְדְּרִין cardui. Geneſ. 3. 18. *in Targum Hieroſolymitano*.

דְּרַךְ Calcare, conculcare, proculcare. Deut. 1. 36. ingredi, incedere. Iſa. 59. 8. *Aphel* אַדְרֵךְ Deducere. Pſal. 119. 35. *Niphal* נִדְרַךְ in viam duci. Iſa. 9. 16.

דְּרָכָא Tritura, trituratio. Levit. 26. 5. *in Jonathane. Sic dicitur, quia boum calcatione fiebat*.

מַדְרוּכִיתָא *Nomen proprium loci, ſic appellati a conculcatione*. 1. Sam. 14. 4.

דַּרְכְּמוֹנָא, דַּרְכְּמוֹן Drachma. *Plur.* דַּרְכְּמוֹנִין drachmæ. Neh. 7. 70. *Drachma fuit ſpecies quædam nummi aurei antiqui in uſu Davidis tempore, h. e. ante captivitatem Babylonicam. Ex ſcriptoribus Talmu-*

Digitized by Google

mudicis colligitur, uſitatum fuiſſe etiam poſterioribus temporibus, & in Miſnajòt legitur, fuiſſe monetam Perſicam. Vide Caſparis Waſeri librum de Nummis antiquis.

דרם דָּרוֹם , דָּרוֹמָא Meridies, Auſter, plaga Auſtralis. Deut. 33. 23.

דרן דּוֹרוֹן , דּוֹרוֹנָא Donum, munus. Pſal. 141. 2. Gen. 43. 10. *Plur.* דּוֹרוֹנִין dona. Geneſ. 24. 53. *in Jonathane. Et fæm.* דּוֹרוֹנְיָתָךְ munera tua. Pſal. 20. 4.

דְּרַס Calcare, conculcare: premere, comprimere. Levit. 20. 25. *in Jonathane. In eodem ſenſu etiam apud Talmudicos uſurpatur.*

דְּרַע Seminavit, *ut Hebraicum* זָרַע.

דְּרוּעָא Semen. Gen. 8. v. ultimo *in Jonathane*.

דְּרַע Idem. Cant. 1. 14. *Cum aff.* דַּרְעֵיהּ ſemen ejus. Pſal. 37. 26.

דְּרַע , דַּרְעָא Exod. 6. 6. Num. 6. 19. *& cum protheſi* א אֶדְרַע Pſal. 98. 11. *&* דְּרוֹעָא brachium, armus. *Plur.* דְּרוֹעִין brachia.

דְּרַק Spargere. Job 2. 12. Exod. 29. 20. *in Jonathane.*

מוֹדְרְקָא Caro mortua, morticinum. Job 13. 4. *Talmudiſtæ pro* מוֹדְרְקָא *dicunt etiam* מַרְטְקָא.

דרר דְּרָרָא Principale, capitale, capitalis ſumma. Eſth. 4. 7.

דְּרַשׁ Quærere, inquirere, perquirere: ſciſcitari: differere, diſputare, exponere. Jud. 5. 9. *Pahel* דָּרַשׁ idem.

דָּרְשׁוּ רַבּוֹתֵינוּ Exponunt, concionantur Rabbini noſtri. *Hine* דּוֹרְשֵׁי רְשׁוּמוֹת *dicuntur Concionatores Biblici, & Interpretes Scripturarum ſacrarum, qui verſus Biblicos interpretantur. Maſorethæ a quibuſdam intelliguntur, qui ſcripturæ vocum, & litterarum mordicus adhærent.*

מִדְרָשָׁא Inquiſitio, ſtudium, expoſitio: ſermo: commentarius. בֵּית מִדְרָשָׁא Domus ſtudii, Schola, Gymnaſium, Collegium, *ubi diſcitur*. Cant. 2. 5. *Plur.* בָּתֵּי מִדְרְשַׁיָּא Scholæ, *vel* בָּתֵּי מִדְרָשׁוֹת Pſal. 80. 11. *Ex Rabbinis* ד מדות בהולכי לבית המדרש Quatuor ſunt proprietates eorum, qui Scholam, vel Templum frequentant. Eſt qui ingreditur, & non facit. Hic mercedem tantum pro acceſſu habet. Eſt qui facit, & non ingreditur. Is pro opere præmium habet. Qui ingreditur, & facit, is pius eſt. Qui vero nec ingreditur, nec facit, impius eſt. *In* פִּרְקֵי אָבוֹת cap. 5.

דרת דַּרְתָּא *Vide in* דור.

דְּשָׁא Oſtium, janua, porta. *Reſpondet Hebræo* דֶּלֶת Geneſ. 19. 6. *Plur.* דָּשַׁיָּא , דָּשִׁין oſtia. Deut. 3. 5. Job 38. 10. *Conſtr.* דָּשֵׁי Jud. 16. 3.

דְּשַׁשׁ Calcare, conculcare, conterere, comminuere. Jud. 5. 21. *Pahel* דַּשֵּׁשׁ idem; *&* דַּשְׁרֵשׁ idem. Iſa. 14. 19. *Ex Ithpahel Participium* וּמִרַשְׁרֵשׁ & conculcatur, *vel* provolvitur. Iſa. 19. 14.

דָּת, דָּתָא Lex, edictum, jus, decretum, ſententia. Dan. 7. 25. *Plur.* דָּתִין edicta. *Conſtr.* דָּתֵי. Eſdræ 7. 25.

דתא דִּתְאָה, דִּתְאָא Herba, herba tenera. Gen. 1. 12. Dan. 4. 12. *Plur.* דִּתְאִין herbæ. Pſal. 23. 2. *Hinc Verbum in Aphel* תַּדְתֵּאי אַרְעָא germinet terra. Gen. 1. 11. *Regia* תַּדְאֵי. *Analogia poſtulat* תַּדְתֵּא *juxta formam* תַּדְשֵׁא, *inter ſe permutatis litteris* ש *&* ת, *aut* תַּדְתֵּאי *aſſumpto* י *ex Verbis quieſcentibus tertia radicali* ה.

דתב דְּתַבְרַיָּא Legiſperiti: Juriſconſulti. Dan. 3. 2.

DICTIONES EX RABBINIS.

ד׳ *Abbreviatura. Idem ac* דַּף Pagina, folium libri. *Sequitur littera numerum folii ſignificans.*

דְּ, דִּי Qui, quæ, quod. *Eſt etiam articulus Genitivi caſus apud Chaldæos, quemadmodum apud Hebræos* שֶׁ, *&* אֲשֶׁר. דִּלִי, דִּילִי meum, quod meum. *Item* דִּידִי quod meum. עַל דִּידִי ſuper meum. עַד דִּי quouſque.

ד״א *Abbreviatura. Idem ac* דָּבָר אַחֵר Sermo alius; expoſitio alia; res alia. ד״א לְצוֹרֶךְ Ad neceſſitatem rei alterius. 2. דָּא אִיהוּ Hoc eſt illud. *Frequens in Zohar, & aliis ſimilibus libr's.* 3. דֶּרֶךְ אַחֵר Via alia; ratio alia; modus alius.

דָּא Hæc, iſta: hoc, iſtud. דָּא לְדָא hoc ad illud: invicem. דָּא מִן דָּא hoc ab illo. *Cum* ה *præpoſito* הָדָא hæc. *Hinc componitur* אֵידָא quæ? וְהָדָא & hæc. לְמָדָא propter quid? *pro* לְאֵידָא *vel* לְאֵידָא.

דאל״כ *Abbreviatura. Idem ac* דְּאִם לֹא כֵּן Quod ſi non ita eſt.

דבע״פ *Abbreviatura. Idem ac* שֶׁבְּעַ״פ more Chaldaico, & Talmudico adbibita littera ד pro ש. *Vide in littera* ש. *Hæc litterarum permutatio frequens in Zohar.*

דְּבַק Adhærere, conjunctum eſſe. דָּבוּק conjunctum, adhærens. *Apud Grammaticos* conſtructum, in regimine poſitum. *Plur.* מִלִּין דְּבוּקִין Vocabula conſtructa.

דִּבֵּר Loqui, *Hebraice*. דִּבּוּר Verbum, oratio, ſermo articulatus. *Per ſynecdochen*, Verbum Dei prolatum, & ſcriptum. *Ei tamen præponitur* ה. מְדַבֵּר loquens. *Apud Grammaticos* prima perſona, *quia ipſa loquitur.* יוּד כִּנּוּי הַמְּדַבֵּר Jod affixum primæ perſonæ; לְסִימָן הַמְּדַבֵּר pro ſigno primæ perſonæ. דַּבְּרָן loquax, garrulus. *Fœmin.* אִשָּׁה דַּבְּרָנִית Mulier garrula. *Plur.* דַּבְּרָנִיּוֹת loquaces fœminæ. חַי הַמְּדַבֵּר animal loquens, *id eſt*, rationale. מִדְבָּר deſertum: ſolitudo. מִדְבָּרִי ſylveſtris: אִילָנוֹת מִדְבָּרִיּוֹת arbores ſylveſtres. דָּבָר res. *Apud Grammaticos* שֵׁם הַדָּבָר nomen rei, *id eſt*, ſubſtantivum. עֲשֶׂרֶת הַדִּבְּרוֹת decem verba, *h. e.* Decalogus, decem Præcepta.

Mel.

Digitized by Google

דְּבַשׁ Mel. דּוּבְשָׁן mellitum, placenta mellita: dulcedo, *Plur.* דּוּבְשָׁנִין cruſtula mellita, melle conſperſa.

דּוּגְמָה דגם Exemplum, forma, figura, ſimilitudo: ſpecimen. *Plur.* דּוּגְמוֹת, *vel* דּוּגְמָאוֹת exempla, figuræ, ſpecimina.

דָּגֵשׁ Dageſch, *punctum Grammaticum.* פֹּעַל הַדָּגוּשׁ: Dageſſatum דָּגוּשׁ, מוּדְגָּשׁ Verbum dageſſatum, *id eſt*, ex Coojugatione *Pihel*. נִדְגַּשׁ Dageſſari. הַתָּיו מוּדְגֶּשֶׁת Tau Dageſſatum eſt. הַדְגָּשׁוּת Dageſſatio.

דה״ Abbreviatura. *Idem ac* דִּבְרֵי הַיָּמִים Verba, res geſtæ dierum. Libri Chronicorum, *ſive* Paralipomenon *ita appellantur.* בדה״ In Chronicis. דדה״ Chrooicorum. 2. דִּבּוּר הַמַּתְחִיל Sermo incipientis, *vel* Auctoris iſtius: ſermo incipiens. *Apud Criticos ejus uſus*. *Vel* דִּבּוּר, *aut* דִּבְרֵי הַמְחַבֵּר Verba Auctoris, *vel* הַכּוֹתֵב Scriptoris. 3. דִּבְרֵי הַכֹּל Verba omnium, *videlicet* rerum dictarum: Summa rei totius, *vel* doctrioæ. Omnes dicuot; omnium ſenteotia eſt. *Talmudiſtis uſitata.*

דה״א *Abbreviatura. Idem ac* דְּהָא אָמְרִינַן Num ecce dicimus. *Talmud.*

דהע״ה *Abbreviatura. Idem ac* דָּוִד הַמֶּלֶךְ עָלָיו הַשָּׁלוֹם David Rex, qui in pace quieſcat.

דה״פ *Abbreviatura. Idem ac* דְּהָכִי פֵּירַשׁ Nam ſic explicat. *Vel* דְּהָכִי פֵּירוּשָׁהּ Quia ſic eſt explicatio ejus. *In Talmude.*

דּוּן Judicare: judicium exercere: cauſſam agere: litigare, cootendere: מְדִינָה provincia, regio, uibs. מְדִינִי provincialis, civilis, politicus. *Hinc* פִּילוֹסוֹפְיָא הַמְּדִינִית Philoſophia politica. Prov. 23. 12. *in R. Levi.*

דּוּק Advertere, attendere, coofiderare, perpeodere. *Pihel* דַּיֵּק Accurate expendere, conſiderare; diligenter excutere. מְדוּיָּק expenſum, excuſſum: *ut* סֵפֶר מְדוּיָּק liber excuſſus, correctus, emendatus, probatus. דַּיְקוּת, דִּיּוּק attentio, animadverſio, conſideratio. בְּדִיּוּק attente, diligenter, accurate, conſiderate, exquiſite.

דַּיְקָן, מְדַיֵּק Obſervator, perſcrutator accuratus, & curioſus.

דַּוְקָא Maxime, præſertim, ſolummodo, dumtaxat. *Si ei addas particulam negativam, ſignificat* non tantum, non ſimpliciter, noo præciſe. אֵינָם דַּוְקָא illa non ſuot ſimpliciter.

דז״ *Abbreviatura. Idem ac* דָּבָר זֶה Verbum hoc; res hæc.

דח״ *Abbreviatura. Idem ac* דִּבְרֵי חֲכָמִים Verba Sapientum.

דָּחָה Pellere, depellere, repellere: rejicere, reſutare. דְּחִיָּה depulſio, repulſio. דָּחָה *de Sabbato uſurpatum ſignificat* violare, *quia ejus ſanctitas operibus quodammodo depellitur.*

דִּיר *Idem ac* שֶׁל; *hinc* לְדִירִי Mihi, me, meum &c.

דְּיוֹ Atramcotum. *Plur.* דְּיוֹאוֹת atramenta.

דכ״ *Abbreviatura. Idem ac* דֶּרֶךְ כְּלָל Via generalitatis, univerſaliter, generatim, in genere.

Digitized by Google

דּוּכַן דכן Suggeſtum, ſuggeſtus Templi, vel Scholæ. *Ex hoc Levitæ populo benedicebant.*

תְּמַנְיָן דּוּכַּס, דּוּכוּס, דכס Dux. *Plur.* דּוּכְּסִין octoginta duces. דּוּכְּסוּת Ducatus.

ד״ל *Abbreviatura. Idem ac* דַּי לְמֵבִין Satis intelligenti. וד״ל Et intelligenti ſatis. *Abrumpentes ſententiam cum intelligente loquentes adhibent. Apud illos enim illud tritum* חַכִּימָא בִּרְמִיזָא Sapiens nutu, *videlicet* rem percipit.

דֶּלָטוֹר Delator, detractor, calumniator: proditor. *Plur.* דֶּלָטוֹרִין delatores, detractores. *In Targum Job ſæpe adhibetur pro Hebræo* חָנֵף hypocrita.

דָּלַל Attenuari. *Hinc* דִּלְדֵּל Attenuare, debilitare: evellere: extrahere. מְדוּלְדָּל attenuatum, languidum. *Hithpah.* הִתְדַּלְדֵּל, *vel* נִדַּלְדֵּל attenuari, pendulum, languidum eſſe: luxari. דַּלּוּת Tenuitas, paupertas. *Ipſi opponitur* עֲשִׁירוּת opulentia. *Apud Arithmeticos* דַּלֵּל ſubtrahere.

דִּלְמָא דלם Ne forte, nequando: ut non: forſitan. *Item* an, num, numquid? *Scribitur etiam* דִּילְמָא.

דלמא״ע *Abbreviatura. Idem ac* דַּע לִפְנֵי מִי אַתָּה עוֹמֵד Conſidera, coram quo ſtes. *Ad Dei perpetuam præſentiam ſibi in memoriam revocandam ſolent parietibus tum publicis, tum privatis inſcribere.*

דְּלוּסְקָמָא & דְּלוּסְקְקָמָא דלס Theca, pera, ſacculus, loculus, marſupium, crumena, arca.

דלת״ה *Abbreviatura. Idem ac* דְּלָא

תֵּימָא הָכִי Ut non ita dicas: ne ita dixeris. *Apud Talmudiſtas.*

ד״ם *Abbreviatura. Idem ac* דֶּרֶךְ מָשָׁל Per modum parabolæ, *vel* ſimilitudinis. Exempli gratia. Figurate. Parabolice. 2. *Numeri quaternarii* ד *nota eſt apud Chronologos,* מ *autem eſt dimidium. Videlicet tempus perpetuum Solſtitii hyberni in menſe* טֵבֵת Tebhèt, *ſive* Decembri *eſt hora quarta, & dimidia poſt meridiem.*

דָּמִין, דָּמִים, דם pecuniæ, pretium pecuniæ, nummi.

דָּמָה Similem eſſe, aſſimilari: cogitare. דַּמֵּי apparet, videtur. נִרְמָה aſſimilatum. דַּמָּה imaginari. כִּמְדוּמֶּה ſicuti videtur, ut apparet. דִּמְיוֹן ſimile, ſimilitudo, ſpecies, phantaſia. כּוֹחַ דִּמְיוֹנִי facultas imaginatrix, phantaſia. כּוֹחַ הַמְדַמֶּה Idem. *Plur.* פּוּרוֹת הַדִּמְיוֹנִיּוֹת Formæ imaginariæ. Prov. 5. 15. in R. Levi. תַּאֲווֹת הַדִּמְיוֹנִיּוֹת concupiſcentiæ phantaſia conceptæ.

דָּמַם Silere, tacere. *Hebraice.* דּוֹמֵם ſilens: corpus inanimatum, & ſine ſenſu *apud Phyſicos, ut lapides, & ligna, metalla &c.*

דִּינָר Denarius, *nummus antiquus apud Hebræos quartam partem ſicli ſacri valens.*

ד״נ *Abbreviatura. Idem ac* דַּם נִדָּה Sanguis menſtruus, *vel* mulieris menſtruatæ.

ד״ס *Abbreviatura. Idem ac* דִּבְרֵי סֹפְרִים Verba Scribarum. מד״ס Ex verbis Scribarum, *ſive* Legiſperitorum. *Frequens in Majemonide.*

דַּף Aſſer, tabula. *Per metaphoram fo-*

lium

lium libri. *Plur.* דַּפִּין aſſeres: folia.

ד״פ *Abbreviatura. Idem ac* דּוּ פַּרְצוּפִין Duæ perſonæ. *In Zohar, & apud Kabbaliſtas uſitatiſſima. A Græco πρόσωπον* perſona *derivatur* פַּרְצוּפִין.

דפס *Hiphil* הִדְפִּיס Typis mandare, formare, efformare, imprimere, exprimere, excudere, curare excudi. נִדְפַּס Imprimi. נִדְפַּס בְּוִינֶיצְיָאה Impreſſum Venetiis. דְּפוּס Impreſſio, editio, typus, forma. בֵּית הַדְּפוּס Typographia. בַּעַל הַדְּפוּס Typographus. דְּפִיסָה Impreſſio.

דצ״ך עד״ש באח״ב *Hac abbreviatura Hebræi utuntur ad indicandas decem plagas a Deo Ægyptiis inflictas, quæ fuerunt* דָּם ſanguis, צְפַרְדְּעִים ranæ, כִּנִּים pediculi, עָרוֹב colluvies inſectorum, דֶּבֶר peſtis, שְׁחִין ulcera, בָּרָד grando, אַרְבֶּה locuſta, חֹשֶׁךְ tenebræ, בְּכוֹר primogenitus, *h. e. primogenitorum mors.*

דקק, דִּקְדֵּק Subtiliter, acute differere, diſputare, conſiderare: diligenter excutere. דִּקְדּוּק Grammatica, ſubtilitas, ſubtilis, & accurata diſquiſitio. מְדַקְדֵּק Grammaticus. דַּקּוּת Tenuitas, ſubtilitas. בְּדַקּוּת ſubtiliter.

ד״ר *Abbreviatura. Idem ac* דִּבְרֵי רַבּוֹתֵינוּ Verba Doctorum noſtrorum. *Solent fere præcedere litteræ ſerviles, ut* בד״ר In &c. *Sequitur etiam* ז״ל *de quo ſupra,* 2. דִּבְרֵי רַבִּי Verba Rabbi, *ſubſequiturque nomen ejus, cujus verba citantur: ut* ד״ר אבן עזרא Verba Rabbi Abèn Ezrà. 3. דְּבָרִים רַבָּא Deuteronomium magnum; Gloſſa magna in Deuteronomium. *Vide in* ב״ר.

דר״ג *Abbreviatura. Idem ac* דְּרַבֵּנוּ גֵּרְשׁוֹם Rabbini noſtri Gerſom. *Littera* ד *eſt nota caſus Genitivi.*

דרן דּוֹרוֹן Munus, donum. *Græce* δῶρον. *Plur.* דּוֹרוֹנִין dona. *Fœm.* דּוֹרוֹנוֹת munera. *Reperitur etiam* דּוֹרוֹתְיוֹת *&* דּוֹרוֹנָאוֹת.

דר״ע *Abbreviatura. Idem ac* דִּבְרֵי רַבִּי אֱלִיעֶזֶר Verba Rabbi Eliezeris. *Talmudiſtis frequens.*

דָּרַשׁ Inquirere, *Hebraice. Apud Rabbinos præterea ſignificat etiam* concionem habere, textum Scripturæ exponere. נִדְרַשׁ Explicari, exponi. דְּרוּשׁ, דְּרַשׁ Expoſitio allegorica, explicatio myſtica. *Nomine* דְּרַשׁ *liber etiam intelligitur Homilias, ſive Conciones complectens.* דְּרָשִׁים Conciones. דְּרָשָׁה Concio, Homilia, expoſitio allegorica.

דַּרְשָׁן Concionator. מִדְרָשׁ, מְדָרֵשׁ, מְדְרָשָׁא Commentarius allegoricus, inquiſitio, ſtudium. בֵּית הַמִּדְרָשׁ Schola, gymnaſium.

ר״ש *Abbreviatura. Idem ac* דּוֹרֵשׁ שְׁלוֹמְךָ Quærens pacem tuam; ſtudens commodo tuo. *Sæpe in Epiſtolis uſurpatur.*

ד״ת *Abbreviatura. Idem ac* דִּבְרֵי תוֹרָה Verba Legis; Verbum divinum. בד״ת In verbis Legis. מד״ת A verbis Legis.

דתק״ע *Abbreviatura. Idem ac* דִּבְרֵי הַיָּמִים, תְּהִלִּים, קֹהֶלֶת, עֶזְרָא Chronica, Pſalmi, Eccleſiaſtes, Ezrà. *Ita intelligendus locus Maſoræ ad Exod.* 15. 11. *& ali-*

Digitized by Google

libi. Interdum præcedit אמה, *quam abbreviaturam vide ſuo loco.*

דָּת Lex. *Hinc* דָּת הַנּוֹצְרִים Lex, *h. e.* Religio Chriſtianorum: דָּת הַיִשְׁמְעֵאלִים Religio Iſmaelitarum, *hoc eſt* Turcarum.

INCIPIENTIA

ה A

ה *In numeris valet quinque. Apud Chaldæos addit emphaſim Pronominibus tertiæ perſonæ, ut* הָדֵין, הַהוּא, הַהִיא, הָאִנּוּן &c.

הָא, הָא, הֵי En, ecce. Gen. 3. 22. *Si repetatur, valet* ſive, tam, quam. *Cum Tzere,* הֵא כְּדֵי ecce ſicut, perinde ac. Dan. 7. 43. הָא, הָאִי Hic, ille, iſte: hoc, iſtud. *Hinc* הָדָא hoc ipſum, *ex* הָא & דָא: הָאֲנָא ecce me, *ex* הָא & אֲנָא. Gen. 22. 11. *Interdum* הָא *interrogativum eſt*, an, annon, nonne?

הָאן Ubi, ubinam? *compoſitum eſt ex* הָא & אָן. *Dicitur etiam* הָן *ſine* א.

הבא אוּבִי, אוּבָאי Spina, urtica. Iſa. 27. 4. אֲתַר אוּבָאי וּבוּר Locus ſpinoſus, & incultus. Num. 33. 41. *in Jonathane, ubi male* בוּר.

הבה מְהַבְהַב Crudum, recens. Exod. 12. 9. *in Targum Hieroſolymitano.*

הבל Evaneſcere, vanum fieri. Job 27. 12. *Ithpahel* אִתְהַבֵּל idem. Pſal. 62. 11.

הָבֵל, הֲבֵל, הֲבָלָא, אֲבָלָא Vanitas. Eccleſ. 11. 2. *Plur.* הֲבָלִים vanitates. הֲבָלוֹ, הֲבָלוּתָא, הֲבָלוּת, הֲבִילוּ, הֲבָלוּתָא idem. Eccleſ. 11. 8.

אֲבָל, הֲבַל, אֲבָלָא Exhalatio, halitus: fumus, vapor. Pſal. 90. 9.

הֲבִיל Velociter, ſtatim, cito. Prov. 6. 3.

הגה, הָגָא Meditari, eloqui, enunciare, pronunciare. Joſ. 1. 8. Iſa. 27. 8.

הֶגְיָא Meditatio, ſermo, loquela. Job 37. 2.

הֶגְיוֹן Idem. *Cum aff.* הֶגְיוֹנְהוֹן & meditatio ipſorum. Thren. 3. 62.

הֵיגִי, הֵיגְתָא Spina, ſentis, vepres, rubus. Job 30. 7.

הגם הֶגְמוֹן, הֶגְמוֹנָא Epiſcopus, præfectus, præſes, dux, gubernator. Iſa. 9. 14. *Græce* ἡγεμών. *Plur.* אֶגְמוֹנִין præſides. Eſth. 8. 7. *A Rabbinis ita vocantur* Epiſcopi. *R. Elias in Tisbi*: nos vocamus הֶגְמוֹנִין *Hegmonim* ſummos Sacerdotes, quibus nulli ſunt majores, niſi Cardinales, & Papa. *Hic autem dicitur* הֶגְמוֹן הַגָּדוֹל Pontifex Maximus.

הֶגְמוֹנְיָא ἡγεμονία. Præfectura, Epiſcopatus. *Plur.* הֶגְמוֹנְיוֹת Præfecturæ.

Ho-

Digitized by Google

מְהֻגָּן, מְהוּגָן Honeſtum, decens, conveniens, rectum, aptum, idoneum. Gen. 24. 12. Num. 22. 32.

הוּגְנִין Dromedes, dromedarii, cameli juvenes. Iſa. 60. 6. *Apud Talmudicos hoc fertur Proverbium* נְפִישֵׁי גַמְלֵי סָבֵי דְטְעִינֵי מַשְׁכֵי דְהוּגְנֵי *h.e.* Multi cameli ſenes ſunt, qui portant pelles camelorum juvenum. *Hoc Proverbio volunt ſignificare, juvenes æque cito, & facile mori, ac ſenes, etſi ſenex naturaliter mori debeat, juvenis vero poſſit, ut vulgo dicitur. Huc pertinet Diſtichon illud de Morte.*

Illa rapit juvenes prima florente juventa,
Non oblita rapit ſed tamen illa ſenes.

הדא Illa, ipſa, hæc: hoc, illud, ipſum. *Ex* דָא, *&* הָא.

הדי בְּהָדֵי, כַּהֲדֵי Dum, cum, donec: apud, juxta, prope: una, ſimul, pariter: propter, cum. Deut. 22. 15. בַּהֲדִי mecum: בַּהֲדָךְ tecum, apud te. בַּהֲדָנָא nobiſcum. בַּהֲדַיְיהוּ Cum eis, apud eos. *Cum* א *in fine* בהדא prope, juxta. לְהָדֵי, לְהָדֵי circum, juxta, verſus, ex adverſo.

הֶדְיוֹט Idiota, plebejus, vulgaris, vilis, abjectus. *Adject.* commune, vulgare. Gen. 28. 17. *Plur.* הֶדְיוֹטִין idiotæ, plebeji. Job 30. 8. *Apud Talmudiſtas* שְׁלֹשָׁה מְלָכִים וְאַרְבָּעָה הֶדְיוֹטוֹת אֵין לָהֶם לְעוֹלָם הַבָּא *h. e.* Tres ſunt Reges, & quatuor Idiotæ, quibus nulla eſt pars in ſæculo venturo. *Tres Reges ſunt, Jeroboam, Achab, & Manaſſes. Quatuor Idiotæ ſunt, Bileam, Doeg, Achitophel, & Gechaſi. Sanhedrin fol. 90.* דַּיָּין הֶדְיוֹט Judex vulgaris, & communis *ille dicitur, qui non eſt ex Sanhedrin, videlicet ex ſummo Senatu. Ita* כֹּהֵן הֶדְיוֹט Sacerdos vulgaris, *qui non eſt Sacerdos ſummus.* מִנְהַג הֶדְיוֹט Conſuetudo communis. *Rabbini cum adagio aliquo trito utuntur, ajunt:* מָשָׁל הֶדְיוֹט הוּא Proverbium vulgare eſt. *Ut plurimum Rabbini & Talmudiſtæ in numero plurali adhibent formam fœmininam, ut* דַּיָּינֵי הֶדְיוֹטוֹת Judices vulgares: שֵׁמוֹת הֶדְיוֹטוֹת Nomina vulgaria, communia, plebeja, *quæ opponuntur nominibus Sanctis, & Divinis.* הֶדְיוֹטוֹת הָיוּ Idiotæ fuerunt.

הדם *Pahel* הַדֵּם Diſcindere membratim, in fruſta ſcindere, & ſecare. 1. Reg. 18. 33.

הַדָּמָא, הַדָּם Membrum, fruſtum, partes. *Plur.* הַדָּמִין membra, fruſta. Dan. 2. 5.

הֲדַס Myrtus. *Talmudiſtis* הֲדַס שׁוֹטָה myrtus fatua, *h. e.* illegitima, vitioſa, ſpuria. *Plur.* הֲדַסִּין myrti. Iſa. 41. 19.

הדף Deturbare, depellere, impellere. Num. 35. 22. *in Jonathane*

הדר Redire, reverti. Job 14. 11. Thren. 1. 1. honorare, honore afficere, honorem exhibere. Dan. 4. 31. *Pahel* הַדַּר repetere: honorare. Lev. 19. 32. *Aphel* אַהֲדַר idem: redire facere, reddere, reſtituere, convertere. Eſth. 1. 3. *in Targum ſecundo.* Cant. 7. 4. & 8. 7. repetere: reſpondere. *in Sanhedrin fol. 65.*

Ho-

Digitized by Google

הָדוּר Honoratus, honeſtus: tortuoſum, rotundum, reflexum, inæquale. Jon. 41. 2. *Hinc* בֵּית הֲדוּרֵי locus tortuoſus.

הֲדָר, הַדְרָא Honor, gloria, decus, majeſtas. Prov. 31. 25. Dan. 5. 18.

הוּא, הוּ Ille, ipſe: illud, ipſum. *Dicitur etiam* אִיהוּ *&* אִינְהוּ. *Plur.* אִנּוּן, אִינוּן illi, ipſi. *Talmudice* נִנְהוּ, *quæ ſine vocalibus ſcribuntur cum* י, *ut* אִינוּן, נִינְהוּ. *Fœm.* הִיא, אִיהִי illa, ipſa. *Talmudice* אִיתָא, אִיהָא, נִיהָא, נִיהִי. *Plur.* הֵנָּה, אִינִין illæ, ipſæ. *Talmudice* נִנְהִי, אִנְהִי. *Apud Kabbaliſtas* הוא *eſt unum ex nominibus Dei.*

הֲוָא, הֲוָה, הֲוֵי Eſſe. Gen. 1. 3.

הֲוָיָא *Vide in* הוֹן.

הוֹךְ, הֲךְ Ire, ambulare, proficiſci, vadere: venire, pervenire. Geneſ. 24. 56. Deut. 29. 18. 2. Reg. 4. 4.

הוֹן, הֲוָנָא, הַוְנָא, אֲוונָא Mens, ratio, intellectus. Prov. 5. 19. & 28. 26. *Cum aff.* אֲוָנָךְ mens tua. Prov. 31. 5.

הוֹזם, אוֹזְמֵי, הֱיוֹזְמֵי Sentis, ſpina. Job 31. 40. *In Venetiis* הוּזְמֵי.

הֵי *Hæc particula vocibus diverſis præfigitur, ſicuti Hebraicum* אֵי, *ut* הֵידֵין nunc: הֵידָא quænam, qualis. *Vide etiam in* דֵּין.

הֵיךְ, הֵיכְמָא, הֵיכְדֵין Quemadmodum, ſicut, veluti, ceu, quaſi, quomodo, ſic, ita. Pſal. 42. 2. *In Jobo, Pſalmis, & Proverbiis ſæpe uſurpatur pro* כ *ſimilitudinis. Si ſibi in duplici membro reſpondeat, repetitum ſignificat* quemadmodum, ita. *Interdum poſt pleonaſtice ſequitur* כ, *ut* הֵיךְ כְּמַיָּא ſicut aqua, Pſal. 22. 15.

הֵיךְ נָא, אֵיךְ מָה Sic, ita, ſicut. Pſal. 48. 9.

הֵיכָא, הֵיכֵי Ubi, ubinam? Iſa. 49. 21. לְהֵיכָא Quo? מֵהֵיכָא Unde? כָּל אֵיכָא Ubicumque. כִּי הֵיכֵי Ut, eout. הֵיכֵי דִּי Sic, ſicut, ut. אֵיכָן Ubi? ubinam? quomodo? מֵהֵיכָן Unde? עַד הֵיכָן Quouſque?

הִין, הִינָא Hin, *menſura liquidorum continens duodecim logos; logus autem ſex ova.*

הָכָא *Vide in* כָּא.

הָכֵי, הֵיכְדֵין, הַכְדֵין Quomodo. *Vide in* הֵיךְ. Sic, ita: מְטוּל הָכֵי propterea. Pſal. 49. 15. כָּל הָכֵי tantopere.

הֵיכַל, הֵיכְלָא Templum, palatium. Ezech. 41. 4. *Plur.* הֵיכְלִין palatia. Hoſ. 8. 14. *Emphat.* מִן אִיכְלַיָּא e palatiis. Pſal. 45. 9. *Rabbini ex terna repetitione* הֵיכַל יְיָ, הֵיכַל יְיָ, הֵיכַל יְיָ Templum Domini, Templum Domini, Templum Domini Jer. 7. 4. *colligunt, & inferunt, Templa fore tria. Quare tertium adhuc præſtolantur. Propterea in Nashr fol.* 31. *ſcriptum reliquerunt* תְּרֵי חָרוּב וּשְׁלִישִׁי יַעֲמוֹד לְעוֹלָם Duo vaſtata ſunt, tertium autem ſtabit in æternum. *Olim etiam erat in uſu hæc jurandi formula* הֵיכַל per Templum. *Huc alluſiſſe videtur Chriſtus temerarium Phariſæorum juramentum reprehendens Matth.* 23. 16. Οὐαὶ ὑμῖν ὁδηγοὶ τυφλοὶ,

φλοὶ, οἱ λέγοντες· ὃς ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ ναῷ, οὐδέν ἐστιν. Væ vobis duces cæci, qui dicitis: quiſquis juraverit per Templum, nihil eſt.

הָכֵן, הָכֵן הָכֵן Sic: ita. *Solet præcedere* דְּאֵיךְ תַּרְעָא *ut* וּאֵיךְ, הָיךְ *vel*, הָכֵן הוּא רָם רָמָא ſicuti porta eſt alta, ſic ipſe eſt elatus. Prov. 23. 7.

הלא לְהָלְאָה, *&* לְהַלָּא Ultra, ulterius, longe, procul. Gen. 19. 9.

מִן הָאל Ultra. Iſa. 18. 2.

הלב הַלְבְּשׁוּשׁ Cicatrix, vibex, plaga, vulnus. Exod. 21. 25. *Plur.* הַלְבְּשׁוּשִׁין vulnera.

הָלָה Laborare. *Pahel* חַלֵּי defatigare.

הלו הַלְוַאי *Vide in* לוּא.

הָלַךְ Ambulare, ire, proficiſci. Cant. 1. 7. *Pahel* הַלֵּךְ idem. *Item* ducere, deducere. Deut. 29. 4. מְהַלְּכֵי שְׁתַּיִם bipeda.

הֲלִיכָה Itio, inceſſus, ambulatio. *Plur.* הֲלִיכֹן ambulationes. *Conſtr.* הֲלִיכֹת.

הֲלָךְ Vectigal, tributum tranſeuntium. Eſdræ 4. 13.

הִלְכָא *Vide in* כָּא.

הִלְכָא, הִלְכְתָא Via, iter, ambulatio, ingreſſus, greſſus, introitus. Pſal. 27. 11. Prov. 26. 7. *Item* mos, ritus, conſuetudo, ratio, judicium, jus, ſententia. Job 36. 17. Pſal. 112. 5. *Plur.* הִלְכָן, הִלְכָתָא, *&* הִלְכָתִין viæ. Eccleſ. 12. 12.

מַהֲלָךְ Iter, profectio, itio, ambulatio, ambulacrum, deambulatorium. Ezech. 42. 4.

הָלַל Laudare, collaudare. הוּלַל Carmine nuptiali, epithalamio celebrari. Pſal. 78. 63.

הִלּוּל, הִלּוּלָא Laus: lætitia. Eccl. 3. 4. nuptiæ, domus nuptialis. Exod. 2. 1.

הַלֵּל Laudatio: Hymnus. *Hebræi κατ' ἐξοχὴν ita appellant Hymnum quemdam, qui complectitur Pſalmum* 113. 114. 115. 116. 117. *&* 118. *ſicuti apparet ex Ritualibus Hebraicis, & libris Precum. Recitant Hymnum iſtum in* ראשׁ חֹדֶשׁ principio menſis, בַּחֲנוּכָּה in feſto Dedicationis, *&* בִּשְׁלשׁ רְגָלִים in tribus Feſtis majoribus, *videlicet* שְׁבוּעוֹת Septimanarum, *vel* Pentecoſtes, סֻכּוֹת Tabernaculorum, וּפֶסַח & Paſchæ. *Hic Hymnus ex duabus partibus conſtat, quarum altera complectitur Pſalmum* 113. *&* 114. *altera Pſalmos reliquos. Prima pars ab Hebræis recitatur in Feſto Paſcha antequam accumbant, & cibum ſumant; altera, cibo ſumpto, & exhauſto quarto, & ultimo poculo, addita benedictione dicta* בִּרְכַּת שִׁיר benedictione Cantici, *& altera benedictione* בָּרוּךְ בּוֹרֵא פְּרִי הַגָּפֶן benedictus ſit, qui creat fructum vitis &c. *qua Cœna Paſchalis abſolvitur. Ex Paulo Burgenſi hic Hymnus juxta Judæorum morem ab Apoſtolis poſt Cœnam Paſchalem recitatus fuit, & de eo intelligendus eſt Evangeliſta Matthæus cap.* 26. 30. Καὶ ὑμνήσαντες ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν. Et Hymno dicto, exierunt in montem Oliveti. *Ita Burgenſis ad Pſalmum* 113. Iſte Pſalmus cum quinque ſequentibus, uſque ad Pſalmum *Beati immaculati*, excluſive, vocatur ab Hebræis *Hallelujah magnum*, id eſt, *Hymnus magnus*, de quo ſingularem faciunt ſolemnitatem. Nam in tribus præcipuis Feſtis, & in Neomeniis ſtantes iſtum Hymnum cum majore can-

tant ſolemnitate, quam cæteros Pſalmos totius Pſalterii. Inſuper in nocte Paſchæ, cum agnus Paſchalis comedebatur, poſt ejus comeſtionem recumbentes ad menſam iſtum Hymnum ſolemniter dicebant. Unde de hoc Hymno, ex iſtis ſex Pſalmis compoſito intelligi debet illud, quod in imminente paſſione Matth. cap. 26. legitur, *Hymno dicto, exierunt in montem Oliveti*, eoquod Chriſtus poſt agni Paſchalis comeſtionem, hujuſmodi ritum conſuetum ſervans, Hymnum prædictum cum Apoſtolis recitavit: quia etiam Hebræi hodie, agno Paſchali carentes, in illa nocte, ſc. Paſchæ, iſtum Hymnum cum azymis ſolemniter, prout poſſunt, cantant. *Hactenus Burgenſis. Quod vero ait, Hebræos Hymnum iſtum appellare* Hallelujah magnum, *adhuc ego nullibi apud Hebræos reperi; ſed tantummodo tum in Talmud, tum in libris Precum, tum Ritualibus vocatur* הַלֵּל Hallèl, *ſc.* Hymnus, *vel* הַלֵּל הַגָּדוֹל Hallèl haggadòl, *h.e.* Hymnus magnus. *Iſte Hymnus nuncupatur etiam* הַלֵּל מִצְרִי Hymnus Ægyptius, *quia in eo fit mentio de exitu populi Iſraelitici ex Ægypto. Hunc Hymnum a Chriſto cum diſcipulis recitatum fuiſſe nemo inficiabitur, qui ipſum religioſe pias Hebræorum cæremonias, & ritus ſemper ſervaſſe cogitaverit. Porro cum in Cœna Paſchali quatuor tantum vini cyathi Hebræis permittantur, ſi quis quintum vini poculum exhauriat,* הַלֵּל הַגָּדוֹל Hymnum magnum *recitare tenetur vel ſtans ante menſam, vel poſt menſam in triclinio, vel extra illud, dummodo* הַסִּבָּה inclinationem *ſervet, quam ſi vel ex oblivione, vel ex malitia prætervierit, ſextum poculum exhaurire cum eodem* הַסִּבָּה inclinationis *ritu tenebitur.*

הלן לְהַלָּן Ultra, ulterius. *Idem eſt, ac* לְהַלָּא.

הִילֵנִי Helena, *regina* לוּד Lydiæ. *Succà fol.* 2.

המא *Aphel Participium* כְּמַהֲמֵי יַמָּא ſicut ſonat mare. Iſa. 17. 12.

הֲמוּנָא, הָמוֹן Strepitus, turba, tumultus: multitudo, copia. Iſa. 13. 4. 2. Reg. 7. 13.

מְהוּמְתָא Idem. Eſth. 1. 10.

הֶמְיָנָא, הֶמְיָן Baltheus, cingulum. Exod. 28. 8. *Plur.* הֶמְיָנִין balthei. Lev. 8. 13.

הִמּוֹ, הִמּוֹן Ipſi. Dan. 2. 34.

המם *Pahel* הַמֵּם Verrere, evertere, purgare. Iſa. 14. 23. *Ithpahel* הִתְהַמֵּם turmatim coire, & congregari, tumultuarie concurrere. Jer. 48. 37. *Item* incidere ſe, cæſuram ſibi inducere. Jerem. 49. 3.

הַמְסָא Quiſquiliæ, excrementum, purgamentum. *Conſtr.* הַמְסַת. Amos 8. 6.

המן הַמּוֹן *Vide in* הכא.

הֶמִינָא Hemina, *pars dimidia ſextarii.* Eſth. 1. 8. *in Targum ſecundo.*

הן Si. *Idem ac* אִן. דִּי הֵן quod ſi. *In eadem ſententia repetitum ſignificat* ſive, *ut* הֵן אִיתַי וְהֵן לָא ſive futurum eſt, ſive non. Dan. 73. 17. הֵן לָא Niſi. וְהֵן etſi, tametſi. *Præterea* הֵן *eſt particula affirmativa*, ſic, ita, etiam, utique, *reſpondetque Hebraico* כֵּן, *& Græco* ναὶ, *idque nititur auctoritate loci* Geneſ. 30. 34. וַיֹּאמֶר לָבָן הֵן Et dixit Laban הֵן Ita, etiam. *Hinc R. Salomon ait,* לְשׁוֹן הֵן קַבָּלַת דְּבָרִים *h. e.* vocabulum הֵן ſignificat Acceptionem verborum, Affirmationem. *Solebant enim antiqui interrogantibus reſpondere* ita, *vel* non, *juxta illud Jacob.* 5. 12. ἤτω δὲ ὑμῶν τὸ ναὶ, ναὶ, ϗ τὸ οὒ, οὔ. *h. e.*

Sit

Sit autem ſermo veſter Eſt; Eſt; Non, Non. *Itaque apud Auſonium*

.... eum multa loquaces
Ambiguis ſererent verbis, contra omnia ſolum
Eſt reſpondebat, vel Non.

הֵן *Vide* הָאן.

הָנֵי Iſti. *Hinc in Targum* לְהָנֵי שִׁבְעָא רַבְנַיָּא Iſtos ſeptem magnates. Eſth. 1. 10.

הֲנָא, הֲנָה, הֲנֵי Utilitatem, commodum, percipere, lucrari, quæſtum facere: utilitatem, commodum afferre, proficere, prodeſſe, utile eſſe. Iſa. 47. 12. Job 35. 3. Jerem. 31. 26. *Aphel* אַהֲנֵי Idem. Ezech. 16. 33. *Ithpahel* אִתְהֲנֵי idem. *Et ſignificatione contraria* בְּלְמָא יִתְהֲנֵי לְמַלְכָּא ne forte perditio afferatur Regi. 2. Sam. 17. 16.

הֲנָאָה Utilitas, uſus, commodum, amœnitas, lucrum, fructus. Jer. 16. 19. Eccleſ. 5. 10.

הֲנָיָה, הֲנָיָה Idem. בַּהֲנִית נַפְשׁ Cum commoditate animæ, *ſive* vitæ. Eccl. 4. 7. *Vulgata* in quiete animæ. *Alii legunt* בַּהֲנָיוּת: מִן הֲנִית בְּנֵי ab uſu balneorum. Lev. 13. 27. *in Jonathane, ſicuti etiam legendum cap.* 16. 29. *pro* הֲוִית.

הֹדוּ הִנְדְּיָא India. Eſth. 1. 1.

הִנְדְּקֵי *Nomen regionis pro Hebræo* חֲוִילָה. *In Targum Jonathanis, & Hieroſolymitano, in quibus legitur* אִנְדְּקָא, *&* הִנְדְּקָיָא Gen. 25. 18. Eccleſ. 2. 5.

הִנְדְּוָאָה, הִנְדְּוָאָה, הִנְדִּי Æthiops: Indus. Jer. 13. 23. *In Bibliis Venetis pro eo* אִירוֹאָה. *Hinc apud R. Jehudà* פַּרְזְלָא הִנְדְּוָאָה Ferrum Indianum.

הנת הִנְתּוּנִין *Hebraice* גֵּבִים Cantherii, trabes, tigna. 1. Reg. 6. 9.

הֲפַךְ Vertere, convertere, evertere, ſubvertere, avertere ſe, convertere ſe, reverti, redire. Deut. 29. 23. *Aphel* אַהֲפַךְ vertere, avertere, convertere; reducere: reddere. Prov. 24. 29. *Pahel* הַפֵּךְ idem. Prov. 15. 1. *Item* reſpondere. *Participium* דִּמְהַפְּכִין qui reſpondent. Prov. 24. 25. *Ithpahel* אִתְהַפַּךְ vertere ſe, verti, converti, mutari. Pſal. 105. 25.

הֲפֵכְתָּא, הֲפֵכְתָּא, הֲפֵכָא Subverſio, everſio. Gen. 19. 29. *Plur.* הֲפֵכָתָא perverſitates. Prov. 16. 30.

הֲפֵיכָה Idem: *Item* perverſitas. *Plur.* הֲפֵיכָתָא perverſitates. Prov. 16. 30.

הוּפְכָא Perverſitas. Prov. 2. 14.

הַפְכָן Perverſus. *Plur.* הַפְכָנִין perverſi. Deut. 32. 20. *in Jonathane. In Targum Hieroſolymitano eſt* תַּהְפְּכָנִין.

מְהַפְּכָנָא Idem. Prov. 16. 28.

מַהֲפֵכְתָּא Subverſio. Deut. 29. 23.

תַּהְפְּכָנוּתָא Idem. Deut. 29. 23. *in Jonathane.*

נְהַפְכְנוּתָא Perverſitas, averſio. Prov. 1. 32.

הפר הִפַּרְכָא Hyparchus, præſes, præfectus. *Græce* ὕπαρχος. *Plur.* הִפַּרְכֵי, הִפַּרְכִין præſides, præfecti. Eſth. 1. 10. & 8. 9.

Digitized by Google

הַפַּרְכְיָא Hyparchia, provincia. *Græce* ὑπαρχία.

הפת הַיִּפְתֵּיקָא, הַפְּתֵיק Apotheca, repoſitorium, theſaurus. Gen. 47. 14. Deut. 23. 22. *in Jonathane.*

הָרַג Occidere, interficere. Thren. 1. 10.

הָרוּג Occiſus, interfectus. *Apud Philippum Aquinatem* הֲרוּגֵי מַלְכוּת Occiſi, *vel* interfecti Regni *eſt locutio Proverbialis. Hoc nomine illi cohoneſtantur, qui in mortem ruunt voluntariam ob Reipublicæ incolumitatem, & Dei gloriam, ut morte ſua* מַלְכוּת Regni, *videlicet Reipublicæ, vel Eccleſiæ dignitatem, & ſalutem tueantur. Rabbini ajunt, hos adeo inſignes, & eximios eſſe, ut reliquis viris ſummis excellentia longe antecellant. Vide Maimonidem in* הלכות יסודי תורה *cap.* 5.

הרה הַרְהֵר Cogitare, ſpeculari, ſcrutari. Num. 21. 6. *in Jonathane.*

הִרְהוּר Cogitatio, ſpeculatio, imaginatio. Jer. 7. 24. *Plur.* הִרְהוּרֵי, הִרְהוּרִין, & הַרְהוּרִין cogitationes. Ezech. 38. 10. & הַרְהֹרִין. Dan. 4. 2.

הרם הַרְמָנָא, הַרְמָן Licentia, facultas, poteſtas: mandatum, decretum. Job 1. 12. & 2. 7.

הרף הַרְפַּתְקֵי Termini certi, ſtatuti, ſolemnitates. Job 12. 5. *Apud Talmudicos* infortunia, calamitates, accidentia.

השע הוֹשַׁעְנָא Hoſanna. *Vox lætitiam, & gaudium ſignificans. Animadvertendum, dictionem* Hoſanna *Hebraice duplici modo ſcribi, vel conjunctim* הושענה, *vel ſeparatim* הושיעה נא. *Si eam ex duabus dictionibus conſtare velis, optime eam interpretaberis*, ſalva quæſo, ſalva nunc, opem fer nunc. *Quilibet enim Linguæ Hebraicæ peritus non ignorat, particulam* נא *deprecantibus inſervire, recteque cum D. Auguſtino ſentient, qui pro interjectione eam habentes* Oſanna vocem eſſe magis affectum indicantem, quam rem aliquam ſignificantem *contendent. Quamvis autem* הושענה Hoſanna *vox unica in duas dictiones reſolvi queat, & quod attinet ad ſignificationem, eadem omnino ſit cum* הושיעה נא, *utpote ab eadem radice Hebraica* ישע *deducta, nihilominus ei* הושענא *unica dictione exaratæ, ſicuti in Kalendariis, & Ritualibus Hebræorum reperitur, diverſa penitus vis, & ſignificatio ſubjecta. Plura ad hanc vocem* הושענה, *vel* הושיעה נא *ſpectantia habebis in Tractatu* סֻכּוֹת *h. e.* de Tabernaculis Hebræorum, *qui alibi nunc ſub prælo eſt.*

השת הַשְׁתָּא *Vide in* שעה.

הָתַל *Hebraice.* Ludificare, deludere, illudere. *Hinc Chaldaice Futurum Pahel* יְהַתֵּל illudet. Eccl. 7. 8.

הִתּוּל Deriſio, illuſio, ludificatio. *Plur.* הִתּוּלִים deriſiones. *R. David* 1. Reg. 18. 19.

התר הֶתֵּירָא, הֶתֵּר, הֵיתֵר Licitum, permiſſum.

Digitized by Google

DICTIONES EX RABBINIS.

ה *Aliquando inſervit Adverbiis, ut* הָתָם Ibi, illic, *ex* תָּם *pro Hebræo* שָׁם. *Sic* הָכָא hìc : הָכְלְתִּי non. *Cæterum apud Rabbinos uſurpatur ut Hebraice.*

ה κατ' ἐξοχὴν τὸ ὄνομα Nomen, *ſc.* Deus. *Ita etiam appellatur nomen Tetragrammaton* יְהוָה.

הָא, הֵא, הֵי En, ecce. וְהָא & ecce, atqui. הָא hic, hæc; iſte. הָאי גַּבְרָא iſte vir. הָאֲנָא ecce me. הֵא כְּדִי ſicuti, tamquam, perinde ac. Dan. 2. 43. *&* הֵא *ad pleonaſmum adhibetur:* הֵי *repetitum ſignificat* ſive, tam, quam. *Apud Talmudicos* הָא *valet* ergo, igitur, age ergo.

הא״א *Abbreviatura. Idem ac* הֲוָה אָמֵינָא Eſſem, *vel* fuiſſem dicens; dicerem; dixiſſem. *Talmudiſtis frequens.*

הָאִדְנָא Nunc, hoc tempore. אִידָּן Tempus, *Talmudice pro* עִדָּן, *&* ה *ſervile eſt ex* הָא.

האה״ל *Abbreviatura. Idem ac* הַמִּלָּה אֲשֶׁר הוּנְחָה לְהוֹרוֹת Dictio, quæ poſita eſt ad ſignificandum. *Frequenter occurrit in libro* אֹהֶל מוֹעֵד *ſynonyma Hebraica complectente.*

הָאן Ubi, ubinam? מִן הָאן unde? *Sic* מֵהָאן unde? *Componitur ex* הָא *&* אָן. *Legitur etiam* הָן *ſine* א.

הא״ע *Abbreviatura. Idem ac* הֶחָכָם אַבֶּן עֶזְרָא Sapiens Abèn Ezrà. *Plerumque dictio* החכם *integra ſcribitur. Vide* א״ע.

הבא הֲבַאי Hyperbole. *Hinc* לְשׁוֹן הֲבַאי hyperbolice. *Scribitur etiam* הֲוַאי *cum* ו.

הבב״ת *Vide* בְּבַת.

הכ״ה *Vide* הקבה.

הֶבֶל Vanitas: vapor, halitus.

הב״ע *Abbreviatura. Idem ac* הָכָא בְּמַאי עָסְקִינָן Hìc de quo agimus? intelligis ne de quo hìc agamus?

הבע״ל *Abbreviatura. Idem ac* הַבָּא עָלֵינוּ לְטוֹבָה Qui, *vel* quod veniat nobis ad bonum noſtrum. *Adhibent de die, vel feſto, vel tempore quolibet futuro. Aliquando* ב *omittitur, remanente* הע״ל.

הבר הֲבָרָה Vocis repercuſſio, ſonus reflexus, echo, tonus. *Conjungitur cum dictione* קוֹל vox. *Apud Grammaticos* ſyllaba, vocalium ſonus.

ה״ג *Abbreviatura. Idem ac* הָכִי גְּרְסִינָן Sic legimus: ſic diſcimus. *In Talmude.*

הַגָּדָה Enarratio, hiſtoria. *De Aggadà vide Diſputationem huic Lexico præmiſſam.*

הָגָה Meditari. הִגָּיוֹן Logica, Dialectica. *Sic dicitur, quia in meditatione, & rationis uſu verſatur.* הֶגְיוֹנִי Logicus, Dialecticus. הַגָּהָה *Vide* נְגַהּ.

הג״ה *Abbreviatura. Idem ac* הַגָּהַת הַמְחַבֵּר Animadverſio, admonitio, cenſura Auctoris. *Tunc uſurpata reperitur, cum Auctor aliquis alterius Auctoris textui annotationes, ſcholia, aut caſtigationes adjicit. Indicat etiam* ה *poſtremum* הַכּוֹתֵב

Scri-

Scriptorem. *Ut autem annotatio magis appareat, dictio* הַגָּהָה *tota ſcribitur cum virgulis.*

אֶגְמוֹן הַגָּדוֹל הֶגְמוֹן הגם Epiſcopus. Pontifex Maximus.

הָגוּן הגן Honeſtum, decens, conveniens, aptum, decorum, idoneum. מְהוּגָּן Idem. הוּגָן honeſtas, decus. אִשָּׁה הֲגוּנָה mulier honeſte agens. Gen. 24. 12. *Plur. maſc,* אֲגוּנִין honeſti, idonei.

הה״ר *Abbreviatura. Idem ac* הֵיכִי דָּמֵי Quomodo videtur? quomodo habet ſe? 2. הוּא דֶּרֶךְ Eſt via, mos, conſuetudo. 3. הַיְנוּ דִּכְתִיב Illud eſt, quod ſcriptum reperitur. *Pro* הַיְנוּ, *vel* הַיְינוּ *poteſt etiam legi* הוּא, *vel* הַהוּא. 4. הָכִי הַרְשִׁינָן Sic explicamus. 5. הוּא דְּאָמְרֵי Illud eſt, quod dicunt, *nimirum* אֱנָשֵׁי homines הַחֲכָמִים Sapientes, *aut aliud hujuſmodi.*

הָדָא, כְּהָדָא, *vel* כַּהֲדָא In hunc modum.

הד״א *Abbreviatura. Idem ac* הַיְנוּ דְּאָמְרֵי אֱנָשֵׁי Illud eſt, quod dicunt homines. *In uſu eſt apud Talmudiſtas proverbium, adagium, vel dicterium aliquod in medium adducentes.* 2. הַכֹּל דִּבּוּר אֶחָד Omnia ſermo unus ſunt. *Uſurpatur, cum idem diverſis verbis dicitur. Præponitur etiam ei copula* ו, *ut* והד״א Et omnia ſermo unus ſunt.

לַהֲדָדֵי, הֲדָדֵי Continuo, continenter: ſimul, una, pariter.

אַהֲדָדֵי Invicem. *Item una, ſimul.* אַהֲדָדֵי לַהֲדָדֵי ſibi invicem, ad invicem.

בַּהֲדֵי, הֲדֵי Dum, donec; una, ſimul: apud, juxta, prope, per: propter, cum. בַּהֲדַיְהוּן cum eis, apud eos. *Scribitur &* בְּהָדֵי. *Cum* א *in fine* בַּהֲדָא. *Reperitur etiam* בַּהֲדֵי. *Jod aliquando eſt affixum: ut* גִּירֵי שַׁדַּי בַּהֲדִי Sagittæ Omnipotentis erant in me. בַּהֲדָנָא *nobiſcum.* בַּהֲדָךְ apud te. *Dicitur etiam* בַּהֲדָדֵי ſimul, una, meeum. לְהָדֵי, לַהֲדֵי circa, juxta. *Item* verſus, ex adverſo לַהֲדֵי יוֹמָא verſus diem, *i. e.* כְּנֶגֶד הַשֶּׁמֶשׁ.

בְּהֶדְיָא, הֶדְיָא Palam, clare, perſpicue, manifeſte, aperte. *Deducitur ex Græco* ἰδίᾳ.

שֵׁמוֹת הֶדְיוֹטוֹת Nomina vulgaria, communia.

הֲדַר Reverti, redire. הֶדֶר reditus. *Hinc* הֲדַר הַתַּלְמוּד reditus diſciplinæ, orbicularis diſciplina, Encyclopædia. *Adverbialiter* rurſus, iterum, denuo. הַדְרָן עֲלָךְ reduc ſuper te, repete.

ה״ה *Abbreviatura. Idem ac* הוּא הַדִּין Par ratio; idem judicium. *Cum ſervili* וה״ה. 2. הֲלֹא הוּא Nonne eſt? *Uſurpatur in principio Epiſtolarum, cum ille nominatur, cui ſalus dicitur. Apud Latinos hujuſmodi interrogatio locum non habet. Cum ſervili* וה״ה. 3. הָאִישׁ הַגָּדוֹל Vir magnus; *vel* הַנֶּשֶׁר הַגָּדוֹל Aquila magna; *vel* הֶחָכָם הַגָּדוֹל Sapiens magnus; *vel* הָאֵשֶׁל הַגָּדוֹל arbor magna. 4. הַיְנוּ הַךְ, *vel* הַיְינוּ הַאי Illud ipſum eſt, *vel* הַנֵּי הַךְ Iſta ſunt, *vel* הוּא הַדָּבָר Id eſt, illud eſt. *Talmudiſtis frequens.*

Ab-

הה״ד *Abbreviatura. Idem ac* הַיְנוּ הַךְ דְאִתְּמַר Illud ipſum eſt, quod dicitur, *vel* דְאָמַר quod dicit, *vel* דְאָמְרֵי quod dicunt, *vel* הָדָא הוּא דִכְתִיב Illud eſt, quod ſcriptum legitur. *Crebro in Zohar occurrit, cum aliquis Sacrarum Litterarum locus citatur. In Talmud Hieroſolymitano ſcribitur* הִיא.

הממ״כ *Abbreviatura. Idem ac* הָאִישׁ הַגָּדוֹל מְנוּחָתוֹ כָבוֹד Vir eximius, cujus requies ſit glorioſa. *Id uſurpant de viris eximiis, qui mortui ſunt.*

הה״ר *Abbreviatura. Idem ac* הֶחָכָם הַגָּדוֹל רַבִּי Sapiens ille magnus Rabbì N. *Solet ſequi nomen, ut* שִׁמְעוֹן Simeon: *vel* הַקָּדוֹשׁ הָרַב רַבֵּנוּ Sanctus ille magnus Rabbinus noſter.

הָוָה Eſſe, *Hebraice.* הֹוֶה ens, exiſtens, præſens. *Apud Phyſicos* generabile. *Scribitur etiam* הוֹוֶה. *Apud Grammaticos* לְשׁוֹן הֹוֶה Tempus præſens. *Plur.* הוֹוִים exiſtentes. נִתְהַוָּה, הִתְהַוָּה fieri, effici, gigni. הֲוָיָה eſſentia, exiſtentia, ortus, generatio, ens.

הוֹאִיל Poſtquam, quandoquidem, cum. *Requirit ſemper poſt ſe* וְ, ut הוֹאִיל וְהִזְכִּירוֹ poſtquam ejus meminit: הוֹאִיל וְכֵן הוּא poſtquam ita eſt.

הוֹדוּ India.

ה״ז *Abbreviatura. Idem ac* הַיְנוּ זֶה Ecce illud eſt: *vel* הֲרֵי זֶה Ecce ille, *vel* illud. *Sæpe in Rambàm, & Rabbì Salomonis Commentariis occurrit.*

הח״ר *Abbreviatura. Idem ac* הֶחָכָם רַבִּי Sapiens ille Rabbì. *Solet nomen ſequi.*

ה״י *Abbreviatura. Idem ac* הַשֵּׁם יִתְבָּרֵךְ Dominus, qui benedictus ſit. *Sæpe ei inſeritur* ש. *Vide* הש״י.

הֵי *Particula, ut Hebraice* אֵי, *quæ variis vocibus præfigitur: ut* הֵיאַךְ quomodo: הֵידֵין iſte: tunc.

הֵילְכָךְ Propterea. *Aliquando disjuncta reperitur, ut* הֵי כְ *&* הֵי כְדֵי. *Sic* הֵיכְדֵין *&* הֵיכְמָא *&* הֵיכָמָא ſic, ſicut, quemadmodum.

הֵידֵי Tunc. *Invenitur in poſterioribus Paraphraſtis.*

הֵיוּלִי Materia; materia prima *apud Philoſophos, & Phyſicos.* כֹּחַ הֵיוּלָאנִי potentia materialis. *Fœm.* הַהִיוּלָאנִית. *A Græco* ὕλη. בִּלְתִּי הֵיוּלָאנִי immaterialis, ſine materia.

הֵיךְ, הֵיכְמָה, הֵיךְ מָה, הֵיכְנָא Sicut, veluti, ceu, juxta, ſecundum, quaſi, quemadmodum: הֵיכִי דְ Sic, ſicut. *Interdum per pleonaſmum ſequitur* כ, *ut* אֵיךְ כִּשְׁמָךְ ſicut nomen tuum.

הֵיכָן Ubi, quomodo? מֵהֵיכָן unde? הֵיכְנָה ſic, ita, ſicut. *Interdum legitur* הֵכְנָה *ſine Jod in Bibliis Venetis.*

הֵימֶנּוּ Ab eo. הֵימֶנָּה ab ea. *Talmudicum. Sic* הֵימָךְ *pro* מִמְּךָ a te.

הַיְנוּ, *&* הַיְינוּ Hoc eſt, illud eſt. *Componitur hæc dictio ex Verbo* הָיָה eſt, *& affixo* נו, *ſicuti apud Hebræos* יֶשְׁנוּ *&* יִלְכְּדֻנוּ Prov. 5. 22. *Adduntur ei aliæ particulæ; ut* הַיְנוּ הַךְ idipſum eſt. הַיְינוּ כַךְ id ita eſt. הַיְינוּ הָאִי ille ipſe eſt.

Hic,

הָךְ Hic, huc.

הָכָא Hic, huc. *Si in eadem ſententia repetatur, ſignificat* hic, illic. *Interdum ei inſeritur* ל, *ut* הָלְכָא, *& in Bibliis Venetis plerumque* הַלְכָא.

הכ״דא *Abbreviatura. Idem ac* הֵיכְמָא דְאָמַר Sicut dicit, *vel* dicitur. *In Talmude.*

הָכִי Sic, ita, הֲפִילוּ הָכִי Etſi ita ſit. אַדְאָכִי interim, interea. מִשּׁוּל הָכִי propterea. הָכִי *etiam ſignificat* tantumdem, *&* כָּל הָכִי tantopere *apud Talmudicos.*

ה״ל *Abbreviatura. Idem ac* הֲוָה לֵיהּ Erat ipſi. *Poſt hanc abbreviaturam ſæpe reperitur Infinitivus* לְמֵימַר dicendum, לְמִכְתַּב ſcribendum, *vel aliud ſimile.*

הָלָא, הַלָּא, לְהַלָּא Ultra, ulterius, illuc, longe, procul. *Hieroſolymitane* לְהַלָּן.

הַלְוַאי, הַלְוַי Utinam. *Plerumque ſequi ſolet* דְ *aut* ו.

הָלַךְ Ire, ambulare, *Hebraice*. הֲלָכָה Expoſitio, *ſive* lectio ex Gemara, Juris conſtitutio, ſententia, traditio *uſu, & conſuetudine recepta, juxta quam vivendum.*

הִלְכְתָא Via, iter, ambulatio, inceſſus; mos, conſuetudo, ritus, ratio. *Idem etiam, ac* הֲלָכָה.

הָלְכָא Huc. *Videtur eſſe pro* לְהָכָא.

ה״לל. הו״לל. *Abbreviatura. Idem ac* הָיָה לוֹ לוֹמַר Erat ei dicendum; *vel Talmudice* הֲוָה לֵיהּ לְמֵימַר. *Aliquando ei inſeritur* ו, *ut* הו״לל, *& cum ſervili*, שהו״לל Quod erat ei dicendum.

הַלָּלוּ Iſti, iſta. *Numeri pluralis.*

tant Nazaræi, & authenticum eſſe putant. *Sic in Compendio Arueb Cracovienſi habetur* בראשון אין מתענין מפני הנוצרים In primo die ſeptimanæ non jejunatur propter Chriſtianos; *ideo nimirum, quia dies hic Chriſtianis feſtus, ac ſolemnis eſt, videlicet dies Dominicus, ne die Chriſtianis ſacro Judæi jejunare videantur. Hæc verba ex editione Talmudis Baſileenſi expuncta ſunt, in Veneta tamen editione extant. Sic in Compendio Talmudico Hebraice* עין ישראל *inſcripto legitur* בא בשבת מ"ט לא מתענין א"ר ר יוחנן מפני הגוים In primo die ſeptimanæ quare non jejunant? Inquit Rabbì inſignis Jochanàn. Propter gentes, videlicet Chriſtianos. *Etenim etiam* גוים *nomine Judæi Chriſtianos appellant. Obiter animadverte in ultimo loco allato duas abbreviaturas, videlicet* מ"ט, *h. e.* מה טעם, *vel Talmudice* מאי טעמא Quæ eſt ratio? quis ſenſus? quare? *&* א"ר, *h. e.* אמר רבי Inquit Rabbì, *vel* רב Raf; *vel in numero plurali* אמרו רבותינו Dicunt Rabbini noſtri, *tuncque duæ dictiones abbreviatæ ſequi ſolent* ז"ל, *quæ ſignificant,* זכרונו לברכה Memoria ejus ſit in benedictione, *vel ſi ad plures ſint referendæ* זכרונם Memoria ipſorum &c. *Hæ duæ dictiones per abbreviaturas expreſſæ ſemper adhibentur, ubi nomen virorum piorum, ac religioſorum profertur, vel de ſapientibus, & Rabbinis mentio fit. Nomen etiam ſæpiſſime in Libris, vel Concionibus ab iis omittitur, uſurpaturque* וא ז"ל Et dicunt beatæ memoriæ, *videlicet* חכמים Sapientes, *vel* Rabbini noſtri. *Plur.* הנוצרים Chriſtiani. *Hoc nomine, ut diximus, a Judæis ſolent appellari.*

נקב Perforare. נקבים Foramina, meatus: nates. נקבים גדולים Excrementa craſſa. נקבים קטנים Excrementa tenuia, *ſc.* urina. נקבה Fœmina. *Hinc apud Grammaticos* לשון נקבה Vocabulum fœmininum, generis fœminini.

נקד Punctare, puncta vocalia adſcribere. מנוקד Punctatum. נקדן Punctator. נקוד Punctatio: punctum vocale *apud Grammaticos*.

נקר Effodere: inquinare. נקור Effoſſio, foramen: inquiſitio.

נר"ו *Abbreviatura. Idem ac* נטרה רחמנא ופרקיה Cuſtodiat eum Deus miſericors, & liberet eum. *Ad viventium laudem in librorum fronte præcipue uſurpatur. Adhibetur etiam* יצ"ו.

נרתיק Theca, vagina, chirotheca: arca, ſacculus.

נ"ש *Abbreviatura. Idem ac* נזק שלם Damnum integrum. *Ei opponitur* חצי נזק Dimidium damni. 2. נוה שלות Habitaculum pacis. *Eſt libri nomen ſæpe in* Caphtòr *citati. Hic titulus deſumptus eſt ex Iſa.* 32. 18. *Continet hic liber res Theologicas, & Philoſophicas. Compoſitus fuit a* ר אברהם שלום R. Abraham Salòm. *Editus Venetiis* 335. *Chriſti* 1575.

נשים Fœminæ, mulieres, uxores. Num. 31. 18. *De mulieribus Judaicis animadverten-*

Digitized by Google

tendum, earum munus eſſe lucernas Sabbatinas accendere. Itaque circa veſperam, Sole occumbente, quolibet die Veneris mulieres quæque domi ſuæ lampada ſex luminibus conſtantem accendunt. Quod ſi oleum deſit, ad illud parandum oſtiatim pecuniam corrogant. Simul ac lampas ardere incipit, manibus verſus eam expanſis precatiunculam quamdam mulier recitat, ſplendorem ab oculis removens, quia precatiuncula eſſet recitanda, lucerna nondum accenſa: cum autem id fieri nequeat, manus opponit; idemque eſt, ac ſi lucerna non arderet. Si quis autem quærat, quamobrem mulieres adeo accurate lucernarum accendendarum præcepto ſatisfacere conentur, hinc fit, quia תַּלְמוּד Talmûd *in* מִשְׁנָה Miſnâ *ſect.* 6. *minitatur, eas propter tria potiſſimum peccata tempore partus interituras,* על שאינן זהירות בנדה ובחלה ובהדלקת הנר quia *videlicet* non ſatis cautæ fuerunt circa impuritatem ſuam menſtruam, circa placentam farinaceam, & circa accenſionem lucernæ. *Premium vero ſedulis, & ſtudioſis hac in re fœminis promittit, & veluti mercedem proponit doctam, & eruditam filiorum ſobolem. Ad implendam quidem legem, & præceptum a Rabbinis traditum ſatis eſſet lucernam unam accendere, pietatis tamen, ac religionis exercendæ ergo ſingulas accendunt. Solent autem Patresfamilias die Veneris mulieres de lucernarum accenſione admonere, ne forte vel negligentia, vel oblivione hujuſmodi munus prætereant. Cur autem ad fœminas lucernarum accenſio pertineat, ea potiſſimum videtur ratio eſſe, quia mulieres intra domeſticos parietes concluſæ rei domeſticæ curam gerere ſolent, viris interea forenſibus, aliiſque variis negotiis, & occupationibus diſtentis, atque implicatis. Porro precatiuncula, quæ a muliere recitatur, dum lucernas accendit, eſt hujuſmodi* בָּרוּךְ אַתָּה יְהוָה אֱלֹהֵינוּ מֶלֶךְ הָעוֹלָם אֲשֶׁר קִדְּשָׁנוּ וְצִוָּנוּ לְהַדְלִיק נֵר שֶׁל שַׁבָּת *h. e.* Benedictus tu Dominus Deus noſter, Rex Mundi, qui nos præceptis tuis ſanctificaſti, & candelas Sabbatinas accendere feciſti.

נָשָׂא Ferre, portare, ſumere: accipere. *Apud Logicos*, prædicare. נוֹשֵׂא ſubjectum. נָשׂוּא Prædicatum, adjunctum *apud Logicos. Item* uxoratus, connubio junctus. *Ei opponitur* פָּנוּי otioſus, cœlebs. *Fœm.* נְשׂוּאָה nupta. פְּנוּיָה Innupta. נְשׂוּא פָּנִים Honorabilis, elati vultus. הִשִּׂיא Nuptui dare, filiam elocare. נָשׂוּי Portatus, uxoratus. *Ejus oppoſitum* פָּנוּי Cœlebs, otioſus. מַשָּׂא Onus. מַשָּׂא וּמַתָּן acceptum, & datum; creditum, & debitum.

נשג, הִשִּׂיג Aſſequi, attingere, apprehendere. מַשִּׂיגִים Accidentia. חָכְמָה הַמּוּשָּׂגָה Sapientia acquiſita. הַשָּׂגוֹת Apprehenſiones. הַשָּׂגוֹת הַחוּשִׁיּוֹת Apprehenſiones ſenſibiles.

נשנז״ *Abbreviatura. Idem ac* נִדָּה, שִׁפְחָה, גּוֹיָה, זוֹנָה; Menſtruata, ancilla, Gentilis, *ſive* Chriſtiana, meretrix. *Judæis vetatur cum hujuſmodi rem habere. Aliquando pro* נ *ſcribunt* כ *pro* כּוּתִית Cuthæa, Samaritana, *quarum nomine mulier Chriſtiana intelligitur. Pro* ז *ſcribunt etiam* א, *h. e.* אֵשׁוּת, *vel* אא, *h. e.* אֵשֶׁת אִישׁ adultera. *Utinam Hebræi ab hujuſmodi abſtinerent, eoſque Chriſtianæ fœminæ ad ſe accedentes acriter increpatos rejicerent.*

נש״ר *Abbreviatura. Idem ac* נַפְתָּלִי שְׂבַע רָצוֹן Naphtali ſatur benevolentia, *ſc.* Dei. Deut. 33. 23. *Fuit teſſera, & ſignum militare in vexillo Tribus Naphtali.*

נ״ת *Abbreviatura. Idem ac* נְתִינַת תּוֹרָה Datio Legis. בנ״ת In datione, traditione Legis. *Idem indicatur per* מ״ת.

נתנב״ע *Abbreviatura. Idem ac* נוּחָתוֹ תְהְיֶה בְּגַן עֵדֶן Requies ejus ſit in Paradiſo. *Explicatur prima littera* נ *etiam per* נַפְשׁוֹ anima ejus. *De mortuis uſurpari ſolet.*

נִתַּח Diſſecare, dividere in fruſta, & membratim, נִתּוּחַ Diſſectio, ſectio. נִתּוּחַ אֵבָרִים Diſſectio membrorum, Anatomia. בַּעֲלֵי הַנִּתּוּחַ Anatomici.

נָתַן Dare. מַתָּן Datum. *Item* donatio *in materia Teſtamentorum.* נְתִינָה Datio, donum, munus. מַשָּׂא וּמַתָּן acceptum, & datum. *Sic appellatur* negotiatio, commercium.

נתר, הִתִּיר *Hiphil* Solvere, expedire: licitum reddere, permittere, concedere, liberum dimittere: dubium ſolvere. *Hophal* הוּתַּר Solvi: permitti: liberum fieri: ut הוּתְּרָה הַשְּׁאֵלָה ſoluta eſt quæſtio. הַתָּרָה Dimiſſio, liberatio: argumenti ſolutio, *vel* quæſtionis dubiæ. הַתָּרַת הַנֶּדֶר Solutio voti. הַתָּרַת הַמְּנוּדֶּה Liberatio, dimiſſio excommunicati. מוּתָּר Licitum, permiſſum, conceſſum. הֶיתֵּר Idem. *Ejus oppoſitum* אָסוּר vetitum, *vel* אִיסּוּר prohibitio.

INCIPIENTIA

A ס

ס *In numeris valet ſexaginta, ſemperque eſt littera radicalis.*

סָאַב Polluere, contaminare, profanare, inquinare, vitiare, impurum, pollutum reddere, *vel* pronuntiare. 2. Reg. 23. 16. Ezech. 23. 17. inquinari. Pſal. 106. 39. *Ithpehal* אִסְתְּאֵב, *vel* אִסְתָּאַב *ex Ithpahel*, impurum, pollutum eſſe, pollui, contaminari, inquinari. Levit. 18. 24. Jerem. 2. 23. *Ex Aphel* לְאַסְאָבָא. Geneſ. 29. 22. *in Jonathane. Vide in* נסב.

מְסָאַב, מְסָאֲבָא Pollutus, impurus, immundus. Levit. 5. 2. Iſa. 66. 6. *Plur.* מְסָאֲבִין polluti. Levit. 11. 28. *Fœm.* מְסָאַבְתָּא, מְסָאֲבָא immunda, polluta. Levit. 5. 2. Zach. 13. 2. *Plur.* מְסָאֲבָן pollutæ.

סוֹאֲבָא, סוֹאֲבַת Pollutio, immunditıes, impuritas, res immunda. Levit. 5. 3. Ezech. 36. 13. *Plur.* סוֹאֲבָן, סוֹאֲבַת pollutiones. Levit. 16. 16. *Cum aff.* מִכֹּל סוֹאֲבָתְכוֹן Ab omnibus immunditiis veſtris. Ezech. 36. 25.

סָאוֹבָא, סָאוֹבְתָּא, סָאוֹבְתָא, *& contracte* סוֹבְתָא idem.

סוֹאֲבוּת Idem. Levit. 14. 19. *in Jonathane.*

סְאָה, סָאתָא Satum, modius, *proprie menſura aridorum, trigeſima pars Cori, tertia Ephæ, continet ſex cabos, ſcilicet* 144. *ova.* 2. Reg. 7. 1. *Plur. maſc.* סָאִין, *&* סָוִין, *&* סָאוִין ſata. Exod. 29. 4. Levit. 15. 5. *Fœm.* סָאוָן. Geneſ. 18. 16. *Dual.* סָאתַיִן duo ſata. 1. Reg. 18. 32. *In Tractatu Talmudis* סוֹטָא *fol.* 9. *hæc habentur:* אין הקבה נפרע מן הארם *h. e.*

Digitized by Google

עד שתתמלא סאתו *h. e.* Deus non capit ultionem ab homine, donec impleta fuerit menſura ejus. *Id ex Job* 20. 22. *Rabbini ſine ulla dubitatione ſunt mutuati :* בִּמְלֹאות סִפְקוֹ יֵצֶר לוֹ Cum impleta fuerit ſufficientia ejus, anguſtia erit ipſi, *quæ verba a Paraphraſte Chaldæo ita vertuntur* תִּתְמְלֵי סָאתֵיהּ יִתְפְּרַע מִנֵּיהּ Cum impleta erit menſura ejus, ultio ſumetur de ipſo. *Sic Chriſtus* Matth. 23. 32. Πληρώσατε τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν. Implete menſuram patrum veſtrorum. *In Tractatu* מנחות Menachòt *præterea legitur :* התודה היתה באה חמש סאין ירושלמיות שהן חמש מדבריות *h. e.* Sacrificium laudis veniebat ad quinque Sata Hieroſolymitana, quæ ſunt quinque deſerti, *videlicet quæ ætate Moſis in uſu erant in deſerto. Sic in* עירובין Eruvin *fol.* 83. *Rabbini tradiderunt*, סאה ירושלמית Seam Hieroſolymitanam *ampliorem fuiſſe* סאה Sea *deſerti ſexta parte*, *&* סאה Seam *Tzipponenſem Hieroſolymitana ſexta parte*.

סְאַם, סָאמָא Argentum. Prov. 17. 3. *ubi in Venetis corrupte* לְסָאסָא.

סאן סֵין, סֵינָא Calceus, calceamentum. סֵינֵי, סֵינִין calcei.

מְסָן Idem. *Plur.* מְסָנַיָּא, מְסָנִין calcei. Iſa. 3. 18. *Fœm.* מַסָּנָה calcei. Eſth. 5. 1. *in Targum ſecundo*.

סָאִין *Vide in* סין.

סָב, סָבָא *Vide in* סוב.

סָבָא *Hebraice*. Potare, inebriari, mero ſe obruere, congræcari, ingurgitare ſe. Prov. 23.20. Deuteron. 21.20.

סָבַב *Hebraice*. Circumire, ambire, circumdare. Eccleſ. 9. 14. *Item* in cauſa eſſe, cauſam præbere. 1. Sam. 22. 22. *Hiphil* הֵסֵב Accumbere, diſcumbere *ad capiendum cibum, qui accubitus in circuitum fiebat. Hinc* והוא מיסב דרך חירות Et inclinat ; diſcumbit more liberorum, *quæ inclinatio, ſive diſcubitus eſt ſecuritatis argumentum*.

סוּבְבָא, סוֹבֵב Circuitus, circumferentia, ambitus, rotæ apſis. Exod. 27. 5. סוֹבֵב שֶׁל גַּלְגַּל Ambitus rotæ, canthus, *ferrum, quo rotæ vinciuntur*.

מְסִבְּתָא, מְסִבָּא Cochlea : ambitus, circuitus. Ezech. 41.7. *Plur.* מְסִבְּתָא, מְסִבָּן cochleæ, gradus circulares. 1. Reg. 6. 9.

סִבְּבַיָּא Fuſtes. *Nonnulli legunt* סִבְּבַיָּא. Iſa. 7. 20.

הֲסִבָּה Accubitus, inclinatio in latus. *Ex Majemonide in* הלכות חמץ ומצה *cap.* 7. Qui inclinat ſe in cervicem, vel in faciem, id nequaquam habetur pro inclinatione. הסיבת ימין אינה הסיבה Inclinatio in latus dexterum non eſt inclinatio. שותין בהסבת שמאל Bibunt cum inclinatione in latus ſiniſtrum. אשה אינה צריכה הסיבה: ואם אשה חשובה היא צריכה הסיבה Mulier non habet opus inclinatione; ſed ſi fuerit fœmina præſtans, neceſſe eſt, ut inclinet. *Hæc inclinatio eſt unus ex ritibus in cœna Paſchali adhibendis*.

Ada-

Digitized by Google

סבה סַבְהֲלוֹם Adamas, *lapis pretioſus. Hebraice* יַהֲלֹם Exod. 28. 18. & 39. 11. Ezech. 28. 13.

סְבַךְ Implexum, perplexum eſſe. *Hinc* סְבִיךְ Perplexum, perplexitas. Pſal. 74. 5. *Rabbinis* צֶמֶר מְסוּבָּךְ lana implexa.

סִבְכַיָּא, סִבְכִין Torques, *vel* ornamenta reticulata, implexa, ornamenta muliebria, *ita dicta ab opere implexo*. Iſa. 3. 18. *Kimchi vult, eſſe* vittas, reticula ornata capitis *implexo opere contexta. Hebraice* שַׂהֲרֹנִים lunulæ. Jud. 8. 21. Iſa. 3. 18.

שַׂבְּכָא, סַבְּכָא Sambuca, *inſtrumentum muſicum*. Dan. 3. 5. 7.

סְבַל Portare, bajulare, ferre, perferre, ſuſtinere. *Ex Pahel Particip.* מְסוֹבְלִין onuſta, firma, *vel* portantia. Eſdræ 6. 3.

סִיבַּלְתָּא Spica. *Hebraice* שִׁבֹּלֶת Judic. 12. 6.

סִבְלוֹנוֹת Munera., dona nuptialia, *a ſponſo miſſa ad ſponſam, & ſocerum die altero nuptiarum ad novam amicitiam, & affinitatem contractam ſignificandam, ita dicta a Verbo* סְבַל portare, *quia ex una domo in aliam transferuntur. Ex Majemonide in* מִשְׁנָיוֹת *interpretatione, & explicatione:* סבלונות משאות ונורחן מענין נושא סבל שנושאים אותם מיד זה ליד זה *h. e.* Siblonòt, *videlicet* Maſſaòt, Muneræ. Derivatio ejus eſt ex ſignificatione נֹשֵׂא סַבָּל portantes onus, 1. Reg. 5. 15. *Iſta enim munera* portantur ex manu hujus in manum illius. *Gloſſa R. Salomonis ad* בבא בתרא *cap. 9. ita habet in Latinum ſermonem converſa*. Conſuetudo ſponſorum eſt poſt deſponſationem per datam arrham, ut craſtino mane mittant ad domum ſoceri ſui in honorem uxoris (*ſponſæ*) ſuæ monilia, ſive ornamenta muliebria, ſpecies fructuum, vaſcula vini, aut olei; quandoque etiam comedit illic cum ea.

סְבַן *Idem ac* זְבַן Emere. *Hinc Particip. Pehil* סְבִינַי empti. Geneſ. 17. 13. *in Jonathane*.

סַוְבְּנִין Sindones, lintea, linteamina tenuia. Deuter. 34. 6. *in Jonathane*.

סְבַע Satiari, ſaturari. Job 38. 27. *Pahel* סַבַּע ſatiare. *Aphel* אַסְבַּע idem. Pſal. 91. 16.

סְבֵעַ Satur. *Plur.* סְבִעִין ſaturi. Ezech. 16. 49.

סִיבְעָא Saturitas. Pſal. 16. 11.

סְבַר Cogitare, putare, exiſtimare, opinari, arbitrari, cenſere, judicare. Geneſ. 48. 11. Iſa. 28. 10. expectare, præſtolari, confidere, ſperare: intelligere, accurate ſtatuere: frangere, confringere. *Pahel* סַבַּר, *irregulariter* סוֹבַר. *In forma regulari ſignificat* ſperare, confidere, expectare, præſtolari. Iſa. 26. 8. Thren. 3. 25. intelligere, animadvertere. Iſa. 28. 9. 1. Sam. 3. 8. intelligere facere. Iſa. 40. 14. *Ad vultum relatum* benevole accipere. Thren. 4. 16. *In forma vero* סוֹבַר portare, ferre, perferre, ſufferre, perpeti, ſuſtinere, perſeverare: ſuſtentare, alere: diſponere,

mo-

Digitized by Google

moderari. Pſal. 112. 5. complecti, continere. 1. Reg. 8. 27. cogitare, exiſtimare. *Ithpahel* אִסְתַּבַּר, *&* אִסְתּוֹבַר. *Ex priori forma eſt* אִסְתַּבָּרוּ expectarunt. Pſal. 106. 13. מִסְתַּבַּר fractus, territus, attonitus, *forte pro* מִשְׁתַּבַּר. Geneſ. 49. 17. *ex poſteriori* וּמִסְתּוֹבְרִין & erunt onuſti. Ezech. 39. 9. *Aphel* אַסְבִּיר, *vel* אַסְבַּר ſperare, confidere facere. Pſal. 22. 10.

רַבָּנָן סָבְרֵי Rabbini putant. *In Sepher Muſàr fol.* 125. *habetur, Hebraeos adhibere* סָבְרֵי מָרָנָן *formulam loquendi ante conſecrationem vini, ſive in prandiis, ſive extra prandium, dum vinum exhauriunt. Hæc ſunt verba* המברך על היין אומר סברי מרנן והן אומרים לחיי ואומר בא׳ אמ״ת בורא פרי הגפן ועונין אמן ושותה תחלה ואחר כן שותין כל בני חבורה *h. e.* Qui benedictionem dicit ſuper vinum, dicit סברי מרנן, & ipſi reſpondent: ad vitam. Tum ipſe ait. Benedictus Dominus Deus noſter Rex Mundi, qui creat fructum vitis; & reſpondent, Amen &c. *Inter ſe acriter digladiantur Rabbini, quænam ſignificatio his verbis ſubjecta ſit. Scaliger autem in libro De emendatione Temporum fol.* 537. *ſcribit.* Pro iis in libro מִנְהָגִים *Minaghìm* in ritibus cœnæ Sabbatinæ, & Paſchatis habetur, סָבְרֵי מוֹרַי וְרַבּוֹתַי. *Hujus phraſis* סָבְרֵי מָרָנָן *variæ explicationes adducuntur: In libro Muſàr loco ſupra citato* נגמר הדין מוציאין אותו ליהרג ונותנין לו כוס של יין ונותנין לו קורט של לבונה כדי שתטרף והוא נוטל הכוס ואומ׳ סברי מרנן והן עונין אחריו למיתה *h. e.* Confecto judicio educunt eum (*qui condemnatus eſt*) ut occidatur, & dant ei poculum vini cum grano thuris, ut abripiatur mens ejus. Ipſe accipiens poculum dicit, סָבְרֵי מָרָנָן; illi autem reſpondent; ad mortem. *Aliæ expoſitiones ibidem afferuntur. Cum ſcilicet in prandio ante vini conſecrationem uſurpantur*, מוֹרַי Domini mei, de poculo iſto, quod bibiturus ſum, quid vobis videtur? ad vitam ne cedet, an ad mortem? ad benedictionem, an ad maledictionem? num, quod Deus avertat, ei ſimilis ero, cujus judicium eſt confectum, quique ad ſupplicium egreditur? Ipſi reſpondent, לחיי *ad vitam*, non ad mortem, ad benedictionem, non ad maledictionem &c. *In genere tamen volunt, hanc eſſe phraſeos ſententiam*, מה דעתכם מה אתם סוברין Domini mei, quid vobis videtur de poculo iſto, quod bibiturus ſum?

סִבְרָא, סַבְרָא, סִבְרָא, סְבַר Spes, expectatio. Job 14. 7. elatio, converſio. *Conjungitur cum nomine* אַף. Gen. 31. 2. *Apud Rabbinos tritum* הוי מקבל את כל האדם בסבר פנים יפות *hoc eſt*. Eſto recipiens quemvis hominum cum aſpectu vultus pulcri, *videlicet* hilaris, benigni. *Hoc dictum tribuitur* שמאי Schammài *viro eximio & inſigni inter veteres Hebræorum* חכמים Sapientes, *quo diſcipulos ſuos docuit, humanitatem, & benignitatem erga quoslibet adhibendam eſſe.*

סִבַּרְתָּא Idem. Job 11. 20.

Digitized by Google

סְבוּרָא , סָבוּר Idem.

סוּבְרָא Idem. Pſal. 9. 19.

סָבַר Cogitans, intelligens, prudens, acer, acutus. Levit. 19. 32. 1. Reg. 3. 9. *Plur.* סַבְרִין Gen. 49. 10. *ex alia forma* סְבִירִין Levit. 19. 32. *in Jonathane*.

סַבְרוּתָא Prudentia, intelligentia. 1. Reg. 10. 11.

סָבַר Aſpectus, *cum nomine* אַף *conjunctum*.

סָבִיר Aſpectabilis, elatus, *pariter cum nomine* אַף *copulatum*. Job 22. 8. Prov. 1. 33.

סגא , סְגָה , & סְגִי Multum eſſe, multiplicari, augeri, creſcere. Exod. 1. 20. Ezech. 16. 7. *Infinitivus* לְמִסְגֵּי ad deficiendum, *pro* לְמִשְׁנֵי. Judic. 21. 3. *Aphel* אַסְגֵּי multiplicare, augere. Deut. 1. 10.

סַגִּיא , סַגִּי Multus, copioſus, amplus. Jer. 42. 2. Pſal. 130. 7. *Adverbialiter*, multum, plurimum, ſatis. Numer. 16. 3. *Plur.* סַגִּיאִין , סַגִּיאֵיא multi. Amos 3. 15. *Fœm.* סַגִּיאָה , סַגִּיאָתָא multa. 1. Sam. 12. 17. *Plur.* סַגִּיאָן , סַגִּיאָתָא multæ. Judic. 8. 30.

סְגֵי Multitudo, copia. Gen. 32. 12. Deut. 1. 10.

סוֹגֵי Idem. Job 37. 23. *& cum* א *in medio*, סוֹגְאֵי Prov. 5. 23.

סוֹגְאָה Idem. Job 37. 23.

סְגִיאָה Idem. *Conſtr.* סְגִיאַת. Thren. 1. 5.

סְגִיאוּת , סְגִיוּת , סְגִיוּתָא , סְגִיו Idem. Geneſ. 27. 9. Iſa. 1. 11. Ezech. 24. 12.

סִיגוּ , סְגוּ Idem, Prov. 12. 3. & 15. 23.

סַגְיָא Sepes, ſepimentum, maceria. Numer. 22. 24. *in Targum Hieroſolymitano*.

סַגְיָתָא Idem. Eſth. 3. 3. *in Targum ſecundo*.

סגד Incurvare ſe, procumbere, incurvando adorare, invocare. Geneſ. 24. 48. Pſal. 96. 9.

סְגִידוּת Adoratio. בֵּית סְגִידוּ domus adorationis, *ſc.* Templum. Geneſ. 11. 4. *in Targum Hieroſolymitano*.

סְגוּדָא & סְגִידָא , סִגְדָא Idem. Levit. 26. 1.

סגל סְגוֹל , סְגוֹלָא Botrus. Numer. 13. 24. *Plur.* סְגוֹלִין , סְגוֹלַיָּא botri. Geneſ. 40. 10. *in Targum Hieroſolymitano*.

סְגוּלָא Peculium. Deuter. 26. 17. *Item* סְגוּלָה Proprium, *unum ex quinque Prædicabilibus Logicis. Sic* שֵׁם סְגוּלָה Nomen proprium, *uni competens peculiariter, & ſemper, veluti* צְחוֹק סְגוּלָה לְאָדָם Riſus eſt proprium hominis.

סִיגְלִין , סִיגְלֵי Mandragoræ. *Aliis* violæ; *aliis* lilia. Numer. 21. 13.

סְגַלְגַּל Rotundum, orbiculare : orbis, circulus. Cant. 7. 2. 1. Reg. 7. 23. *Plur.* סְגַלְגְּלִין 1. Reg. 6. 34. *& fœm.* סְגַלְגְּלָן rotunda: orbes. Ezech. 1. 7.

סגן Antiſtes, anteſignanus, primarius, præfectus, præpoſitus : vicarius. Numer. 19. 13. *in Jonathane. Plur.* סְגָנִין , סְגָנַיָּא antiſtites. *Græce* סְגָן *dicitur* τοποτηρητὴς locum tenens, ſuffraganeus. *Hebraice legitur tantummodo in numero plurali* סְגָנִים. *Hinc*

Digitized by Google

Hinc nonnulli in numero ſingulari dicunt סְגַן; *Rabbini vero uſurpant* סְגָן, *generatimque vertitur per* Præfectum, Antiſtitem. *Hinc in Targum exponitur* Jerem. 51. 23. *per* טוּרְנִים Reges, Principes. Iſa. 41. 25. *per* שִׁלְטוֹנַי Dominatores. Iſa. 41. 25. *Vox autem* סְגַן Sagan, *a Chaldeis, & Babyloniis, quorum propria erat, ad Hebræos tranſiit. Hinc Beroſus, qui Chaldaicam Hiſtoriam ſcripſit, lib. 2. ait. Primum itaque dixerunt Ogygiſan* Sagan, *h. e.* illuſtrem ſacrorum Pontificem, Noam. סְגַן Sagan Jeremiæ 20. 1. *reſpondet Hebræo* נָגִיד, *ut* סְגַן כַּהֲנַיָּא Antiſtes Sacerdotum, *nimirum primarius Sacerdotum poſt Summum. Sic* Eſth. 1. 2. *in Targum ſecundo* תַּרְתֵּין מוֹתְבָנִין דְּדַהֲבָא חַד לְכַהֲנָא וְחַד לִסְגַן כַּהֲנַיָּא Duæ ſellæ aureæ, quarum una fuit pro Sacerdote Summo, altera pro Antiſtite Sacerdotum reliquorum. *In Tractatu* יוֹמָא Jomà *cap. 3. fol. 41. Talmudis Hieroſolymitani traditur, quibus in rebus* סְגַן Sagan לַכֹּהֵן הַגָּדוֹל Sacerdoti Summo *inſerviret.* חמשה דברים היה הסגן משמש · א׳ הסגן אומר לו אישי כהן גדול הגבה ימינך · ב׳ סגן מימינו וראש בית אב משמאלו · ג׳ הניף הסגן בסודרים · ד׳ אחז הסגן בימינו והעלהו · ה׳ לא היה כהן גדול מתמנא להיות כהן גדול עד שהוא נעשה סגן *h. e.* In quinque rebus inſerviebat Sagan Sacerdoti Summo. Primo, Sagan dicebat (*Sacerdoti Summo*) Domine mi, Sacerdos magne attolle dexteram tuam. Secundo, ſtabat ad ejus dexteram, & Princeps domus Patrum a ſiniſtra ejus. Tertio, ventilabat, agitabat cum ſudariis. Quarto, tenebat manum dexteram ejus, & aſcendere faciebat eum (*videlicet adjuvabat eum, ut aſcenderet per gradus.*) Quinto, non poterat Sacerdos Magnus præfici, ut eſſet Sacerdos Magnus, niſi prius fuiſſet Sagan. *Elias in Tisbì ſcribit, ſecundum a Sacerdote Magno appellari* סְגָן, *vel* סְגַן; *cum quo convenit Targum* Jerem. 52. 24. וְיַת צְפַנְיָה סְגַן כַּהֲנַיָּא Et Sophoniam præfectum Sacerdotum ſecundarium.

סוֹגְנָא Multitudo, copia. *Hinc Plur.* סוֹגְנוֹי copiæ ejus. Geneſ. 27. 28. *in Jonathane.*

סְגַע Augeri, multiplicari, abundare, creſcere. Prov. 22. 2. *Aphel* אַסְגַע augere, adaugere, multiplicare. Prov. 28. 8. Pſal. 18. 36.

סַגִּיא, סַגִּי Multus, copioſus, plurimus. *Plur.* סַגִּיאִין multi. Pſal. 129. 1. *Fœm.* סַגִּיאָתָא multa. *Plur.* סַגִּיאָן multæ. Prov. 19. 21.

סוֹגְעָא, סְגִיעָא Multitudo, copia. Prov. 19. 21. Pſal. 5. 11. Prov. 29. 2. multum, plurimum. *Conſtr.* סוֹגְעַת multum, plurimum. Pſal. 123. 4. *Plur. conſtr.* סוֹגְעֵי copiæ, multitudines. Job 37. 23.

סְגִיעוּת Idem. Pſal. 37. 11. Pſal. 114. 75.

סַגֵּף Affligere. Geneſ. 16. 6. comprimere, ſubigere ad violandam pudicitiam. *Ithpahel* אִסְתַּגַּף, *vel Ithpehal* אִסְתְּגֵף affligi. Eccleſ. 5. 19. Pſal. 102. 24.

סְגוּף Afflictio. 1. Sam. 1. 11. *Plur.* סְגוּפֵי, סְגוּפִין, afflictiones.

סְגַר Claudere, concludere, includere, occludere, ſecludere. Cant. 1. 9. Dan. 6. 22. *Aphel* אַסְגַּר Idem. Levit. 14. 4. *Ithpehal* אִסְתְּגַר claudi, concludi, ſecludi. Numer. 12. 15. *Ithpahel* אִסְתַּגַּר idem.

סְגִירָא, סְגִיר Leproſus. Levit. 13. 44. & 14. 3. *Plur.* סְגִירִין leproſi. *Fœm.* סְגִירָא, סְגִירְתָּא leproſa. Numer. 12. 10.

סְגִירוּ, סְגִירוּת, סְגִירוּתָא Lepra, *ita dicta, quia illa infecti a cæteris ſeparantur.* Levit. 13. 9. 2. Reg. 5. 1.

מַסְגִּירָא Clauſura, cuſtodia, carcer. Pſal. 142. 8.

סַגְרִירָא Imber, pluvia vehemens, *quæ homines domi quodammodo concludit.* Prov. 27. 15.

סרן סַרְנָא Sella; rota figuli. Jerem. 18. 3.

סְרְנָיָא, סְרְנִין Currus, plauſtra. Geneſ. 45. 19. & 46. 5.

סְדִינָא, סְדִין Sindon, linteum tenuiſſimum. Pſal. 104. 2. *Plur.* סְדִינֵי, סְדִינִין ſindones. Thren. 2. 20. *Apud Talmudicos* סדינא לקיטא וסרבלא לסתוא Sindon convenit æſtati, ſarabullum hyemi.

סְדַק Scindere, diſcindere, findere, lacerare, diſrumpere. 2. Reg. 2. 12. Pſal. 60. 4. *Pahel* סַדֵּק idem. *Niphal* נִסְדַּק ſcindi, findi.

סְדִיק Sciſſus, fiſſus. Deut. 4. 8. *Plur.* סְדִיקֵי, סְדִיקִין fiſſi. Levit. 11. 4. *Fœmin.* סְדִיקָא fiſſa. Levit. 11. 3.

סִדְקָא, סְדַק, סֶדֶק Sciſſum, rima, fiſſura. *Plur.* סִדְקִין ſciſſuræ.

סַדַר Ordinare, diſponere, dirigere, aptare, ſtruere, inſtruere. Geneſ. 22. 9. Judic. 20. 22. *Ex Pehal Præter.* דִּי סְדַר quam ordinavit. Deuter. 4. 44. *in Jonathane.* *Ithpahel* אִסְתַּדַּר ordinari, diſponi. Job 36. 19. Pſal. 141. 5.

סוּדָרָא, סוּדָר Sudarium, linteum, pannus lineus, velum, velamen. Ruth 3. 15. Exod. 31. 34. *In Tractatu Talmudis* שבת Schabbàt *cap.* 16. *fol.* 120. 1. *habetur:* פריס סודרא על רישיה Expandit linteum ſuper caput ſuum, וסודר שבצוארו, & ſudarium, quod eſt in collo ejus. *Alludunt Rabbini ad munus* סְגָן Saganis, *qui Sacerdoti Summo miniſtrabat. Itaque* Sagan *primus Sacerdotis Summi miniſter, eum ſemper pone ſequens, juxta ipſum Altaris gradus aſcendebat, parviſque linteolis ſublatis, & agitatis ſignum dabat Levitis, ut canerent, inſtrumenta muſica pulſarent, ſacrificanteſque accommodata Sacrificii generi modulatione ſequerentur. Utebantur etiam* סוּדָר Sudario *antiquitus Hebræi in contractibus ineundis. Hinc in Rabbinorum libris paſſim occurrit* קִנְיַן סוּדָר Poſſeſſio ſudarii, *cum nimirum panni, vel lintei contactu rei alicujus poſſeſſio acquirebatur. Hinc Elias in Tisbì ait*, cum aliquid emimus, vel contractum inimus cum aliquo, adhibere ſolemus pannum, quem סוּדָר *Sudàr* vocant. *Id vero hoc modo fiebat. Duo teſtes vocabantur, qui pannum ad id paratum apprehendebant. Tum claris, & diſertis verbis teſtes contractus rationem, & conditionem exponebant, oram pallii ſui uterque expandentes. Qui contractum inibant eamdem oram manu tangebant, eoque contactu profitebantur, ſe omnia rata habituros, quæ in contractu explanata erant. Etiam hodie contractus hic apud nonnullos Judæos in uſu eſt,* vo-

vocaturque קִנְיָן סוּדָר Emptio, acquiſitio, poſſeſſio per סוּדָר Sudàr. *Antiquiſſimis temporibus idem contractus fiebat per* נַעַל *cal*cei *extractionem, & traditionem, ut colligitur ex* Ruth cap. 4. *Ad calcei traditionem videtur alluſiſſe David* Pſal. 107. 10. עַל אֱדוֹם אַשְׁלִיךְ נַעֲלִי Ad Edom projiciam calceum meum, *nimirum ditioni meæ, & juriſdictioni ſubjiciam, quaſi calcei traditione ipſum acquiſiverim. De hoc ritu vide Tractatum* סֻכָּה Succà *fol.* 51.

סִדְרָא, סֵדֶר Ordo, diſpoſitio, acies. Exod. 28. 17. 1. Sam. 4. 12. *Plur.* סִדְרִין ordines. Levit. 24. 6. *Emphat.* סִדְרַיָּא Levit. 24. 7. *Conſtr.* סִדְרֵי ordines. Joel. 2. 5. *Significat etiam* סֵדֶר Scholam, Academiam. *Talmudis quoque ſex partes generales nuncupantur vulgo* שִׁשָּׁה סְדָרִים Sex ordines, diſpoſitiones, partes *Talmudis. Sic* סֵדֶר הַתְּפִלָּה Ordo, *h. e.* formula precationis. רֵישׁ סִדְרָא רַבָּא Gymnaſium magnum. רֵישׁ סִדְרָא Caput ordinis, *nimirum* רֹאשׁ הַיְשִׁיבָה Caput Academiæ. *Legitur in* יוחסין Juchaſìn *fol.* 120. Ab initio in diebus Raf, qui fuit ultimus Tannæorum, & primus ex Amorræis, nondum fuerat Academia in Babylonia, ſed Principes, qui illic erant, non aliter vocabantur, quam רֵישֵׁי סִדְרָא.

סִדּוּרָא, סִדּוּר Idem. Exod. 39. 37. *Plur.* סִדּוּרַיָּא, סִדּוּרִין ordines. Levit. 24. 6. 7. *in Jonathane.*

סהד Teſtari, teſtificari, conteſtari, obteſtari. Geneſ. 43. 3. *Aphel* הַסְהֵד Idem. *Ex Ithpehal Præter.* אִסְתְּהִיד teſtificatus eſt. Ruth. 1. 21. וְיִתְסְהֵד & teſtimonium datum fuerit. Exod. 21. 29.

סַהֲדָא, סָהֵד, סָהִיד Teſtis. Deut. 31. 21. *Plur.* סַהֲדֵי, סַהֲדִין teſtes. Deut. 17. 6. *Per ſynecdochen* martyres. *Proverbium tritum Rabbinorum* סהדי שקרא אגורייהו זילי Teſtium falſorum merces vilis eſt. *Solent de iis uſurpare, qui munus impoſitum doloſe exequuntur.*

מְסַהֵד, מַסְהִיד Idem. Job 16. 19.

סַהֲדָא Teſtimonium. Geneſ. 31. 52.

סַהֲדוּתָא, סַהֲדוּת, סְהִדוּ Teſtimonium, teſtificatio, obteſtatio. Geneſ. 31. 47. Exod. 20. 6. *Plur.* סַהֲדְוָתָא, סַהֲדְוָן teſtimonia. Deuter. 6. 20.

סהר סִיהֲרָא Luna. Geneſ. 37. 9. Cant. 7. 3. Amos 8. 9. *In Bibliis Venetis ſecundæ editionis legitur* בְּסִיהֲרָא *pro* בְּטִיהֲרָא in meridie; *qui error in prima editione non reperitur. Errorem autem in ſecundam editionem irrepſiſſe colligitur ex Textu Hebræo, qui habet* בַּצָּהֳרַיִם in meridie.

סַהֲרוֹנַיָּא, סַהֲרוֹנִין Lunulæ, *ornamenta pretioſa, ſic dicta a forma Lunari.* Judic. 8. 26.

אִסְתְּהַר *Vide in* אסת.

סוב, סִיב Seneſcere, conſeneſcere. Geneſ. 27. 1. Joſ. 13. 1. Ruth 1. 12. *Semel reperitur cum* א *in medio tamquam a* סאב. *Ithpehal* אִתְסִיב idem. Job 14. 8. *Promiſcue tum ipſa radix, tum derivata ſcribuntur cum* שׂ *&* ס.

סָבָא, סָב Senex, ſenior. Geneſ. 24. 2. Iſa.

Iſa. 3. 2. *Plur.* סָבַיָא, סָבִין ſenes. Zach. 8. 4. Ruth 4. 9. *Fœm.* סָבְתָא, סָבָא matrona ſenex, vetula, anicula. *Plur.* סָבָן, סָבָתָא vetulæ, aniculæ. Zach. 8. 4. *Multa ad laudem ſenum in Talmude, cæteriſque Rabbinorum libris leguntur. In Erachin cap.* 3. סבא בביתא פאחא בביתא סבתא בביתא סימא בביתא *h. e.* Senex in domo, teſta fracta in domo, vetula in domo, theſaurus in domo. *In Ben Syræ ſententiis* סבא בביתא סימנא טבא בביתא Senex in domo, ſignum bonum in domo, *cum ſenum prudentia, conſiliis, rerumque uſu res domeſticæ recte adminiſtrentur.*

סִיב Idem. Geneſ. 25. 8.

סֵיב, סֵיבָא, סֵיבְתָא. Senectus, ſenium, canities. *Cum aff.* מִסֵּיבֵיהּ præ ſenectute ejus. 1. Reg. 14. 4. *Plur.* סִיבְתִּין ſenectutes. Geneſ. 44. 20.

סֵיבוּ, סֵיבוּת, סֵיבוּתָא Idem. *Plur. cum aff.* יוֹמֵי סֵבְוָתִיכִי dies ſenectutis tuæ. Pſal. 103. 5.

סוּג Incedere, recedere, currere. Jerem. 8. 6. *Præterea* סַיַּג ſepire, obſepire, vallare. Hoſ. 2. 6. *Metaphorice* ordinare, conſtituere.

סְיָג, סְיָגָא Sepes, ſepimentum, maceria, paries. Mich. 7. 4. Numer. 22. 25. *in Jonathane. In* פִּרְקֵי אָבוֹת PirKè Avòt, *h. e.* Capitulis Patrum *habetur.* מַעַשְׂרוֹת סְיָג לָעוֹשֶׁר Decimæ ſunt ſepes divitiarum, *ſi nimirum accurate, & juſte ſolvantur.* סְיָג לְחָכְמָה שְׁתִיקָה Sepes ſapientiæ eſt ſilentium, *videlicet tempeſtivuum importunæ garrulitati oppoſitum:* מַסּוֹרֶת סְיָג לַתּוֹרָה Maſora eſt ſepes Legis.

סַיָּגָא Idem. Prov. 34. 21.

סִיג Scoria, purgamentum, reſectamentum. *Plur.* סִיגִין ſcoriæ.

סוּד Linere, oblinere, incruſtare. Deuter. 27. 4. Amos 2. 1.

סִיד, סִידָא Calx. Deuter. 27. 4.

סַיָּד Cæmentarius.

סוּט Ferre, afferre, portare. *Aliis* extendere. Thren. 2. 8. *Aphel* אוֹסִיט Idem. Levit. 11. 25. 28. 40. *in Jonathane.*

סוּךְ Ungere, inungere: inungi. Deut. 24. 40. Ruth 3. 3. *Ithpehal* אִתְּסַךְ idem. Exod. 30. 52.

סוּל *Genus ſpinæ. Aliis* lignum aculeatum inſtar ſpinæ; *aliis* obelus; *R. Salomoni* feſtuca. Num. 19. 2. *in Jonathane.*

סוּם, סִים Ponere, apponere, diſponere, imponere, interponere, reponere, componere. Prov. 6. 27. & 26. 24.

סִימָא, סִימְתָא Theſaurus, argentum, pecunia. Pſal. 12. 7.

סִימָן, סִימָתָא *Vide in* סמן.

סוּמָא Tumor. Levit. 13. 2. *Hebraice* שְׂאֵת.

מְסָמְתָא, מְסָמָא Stratum, ſolum, pavimentum. Ezech. 43. 14.

סוּן סִיוָן Sivan, *nomen menſis* Maji. Eſth. 3. *in Targum ſecundo.*

סוּס, סוּסְיָא, סוּסָא Equus. 2. Reg.

9. 18. Pſal. 33. 17. *Plur.* סוּסִין equi. Gen. 49. 17. *Emphat.* סוּסְוָתָא equi. 1. Reg. 20. 21. *Fæm.* סוּסְיָות equæ. *Abèn Eſrà* Eſth. 8. 10. *In Tractatu* פסחים Peſachìm *fol.* 113. ששה דברים נאמרים בסוס Sex res dicuntur de equo, *ſc. amare bellum, amare ſcortationem, ſpiritu elato, & ſuperbo eſſe, ſomnum negligere, multum comedere, & parum egerere.*

סוּסְיָא Hirundo: grus. Iſa. 38. 14.

סוע סֵיעַ *Vide infra.*

סוף Deficere, deſinere, ceſſare. Iſa. 14. 4. conſumi, compleri, finiri. Deut. 2. 14. Num. 32. 13. finire, conſumere, conſummare. Thren. 4. 11. *Aphel* אֲסִיף, conſumere, deficere facere. Soph. 1. 3. Iſa. 10. 8.

סוֹפָא, סוֹף Finis, extremitas, terminus. Dan. 4. 8. Eccleſ. 3. 12. *Plur.* סוֹפִין, סוֹפֵי Fines: termini. סוֹף הַדָּבָר Summa rei. לְסוֹף, *vel* סוֹף סוֹף tandem. סוֹף הָעִנְיָן מוֹכִיחַ עַל תְּחִלָּתוֹ Finis rei arguit de ejus principio, *juxta illud*: Exitus acta probat.

סְיָפָא, סַיְפָא Idem. Geneſ. 19. 4. *in Jonathane. Plur.* סְיָפֵי, סְיָפִין fines. *Sæpe in Targum Jonathanis, & reliquis Paraphraſtis.*

סַיְפָא *Vide in* סִיף.

סוֹפָא, סוּף Alga. *Uſurpatur tantummodo cum nomine* יַמָּא *maris, ut* יַמָּא דְסוּף Mare Suph, *ſive* algoſum. Pſal. 19. 5.

סְוֹפִין Extrema, fructus extremi. *Conſtr.* סוֹפֵי Amos 8. 2.

סוּר *Hebraice.* Avertere ſe, recedere, retrocedere: abire.

מַסְרְתָא, מַסְרָא Receſſus, ſemita, diverticulum. Iſa. 30. 11.

סוּרְיָא, סוֹרָא, סוּרָה Sora. *Urbis inſignis in Babylonia nomen. Hæc eadem urbs vocatur etiam* מתא מחסיא Urbs Mechaſia, *ſicuti legitur in Kabbala Hiſtorica R. Abraham fol.* 29. הלך לסוריא היא מתא מחסיא Et profectus eſt *Soram*, quæ etiam appellatur *urbs Mechaſia. Circiter annum Chriſti ducenteſimum celebris Academia in urbe Sora fuit inſtituta, cujus primus omnium Rector fuit Raf Hone, vivente adhuc Rabbi* יְהוּדָה Jehudà, *a Sanctitate morum dicto vulgo* הַקָּדוֹשׁ. Sancto. *Hæc Academia Sorana, vel Soriana fuit nuncupata. In ea juxta conſuetudinem Scholaſticorum cœperunt diſputationes inſtituere de* מִשְׁנָיוֹת Miſnajòt, *ſive Traditionibus in compendium a R. Jehudà redactis. Alias duas Academias Hebræi inſignes habuerunt, alteram Pombeditanam ab urbe* פּוּמְבְּדִיתָא Pombedita *inter Euphratem, & Tigrim ſita ita dictam, alteram vero in Nehardea collocatam. Pombeditana poſt Soranam quinquaginta circiter annis florere cœpit, eaque multo inferior dignitate extitit. Ubi Rectores utriuſque Academiæ in locum aliquem conveniebant, in ſubſelliis occupandis Sorenſis Rector cum collegis dexteram occupabat, Pombeditanis cum Rectore ſuo ſiniſtram tenentibus; quod in conviviis quoque obſervabatur. Soranus Rector primus cum aſſeclis ſuis incedebat, primus in conventus, & cœtus ingrediebatur, primuſque pariter exibat. Alia multa de eo animadverſione digna occurrunt, Soranum Rectorem nimirum, Capite captivitatis, Æcmalotarcha dicto, in* חומש *Hebraice legente,* בִּלְשׁוֹן כַּשְׂדִּים Chaldaice, *ſive Babylonice lectionem explicaſſe, Pombeditanum autem ſedentem interpretationem audiſſe, eumdemque Pombeditanum, ubi Epiſtolas ad Soranum mitteret, eum titulo* גָּאוֹן Excellentis, Illuſtris *ſemper*

ſe

coboneſtaſſe. Qui plura cupis, adeat שַׁלְשֶׁלֶת.

סוּר *Nomen portæ Orientalis Templi Hieroſolymitani, ad quam per quindecim gradus aſcendebant.* 2. Reg. 11. 6. *Hanc portam Rabbini volunt ſeptem nominibus fuiſſe appellatam, videlicet* סוּר, *quia immundorum ſeparatio ibi fiebat juxta illud Threnorum* 4. 15. סוּרוּ טָמֵא קָרְאוּ לָמוֹ סוּרוּ סוּרוּ אַל־תִּגָּעוּ *h. e.* Recedite polluti, clamaverunt eis; recedite, abite, nolite tangere; אִיתוֹן *ab* אָתָה venit, *quia per illam frequentes in Atrium oratum conveniebant;* תָּוֶךְ, *quia erat inter duas portas;* חַרְסִית, *quia ſita erat ad ortum Solis;* חָדָשׁ, *quia juxta illam a Scribis lectio, & doctrina innovabatur, præſcripta, ac δευτερώσεις inſtituebantur;* יְסוֹד, *quia illic doctrinæ fundamenta quodammodo jaciebantur, ritusque, & cæremoniæ docebantur; tandem* עֶלְיוֹן, *quia erat ſupra Atrium, ſeu Oratorium Iſraelis.*

סְחָא Lavare, abluere, abluere ſe, ablui. Levit. 14. 8. & 15. 18. *Item* natare. Geneſ. 7. 18. *in Jonathane. Aphel* אַסְחֵי lavare, abluere. Geneſ. 43. 31. Judic. 19. 20.

שַׁחְוָא Natatio, natatus. מֵי שַׁחְוָא Aquæ natationis, *quæ non pedibus, ſed natando trajiciebantur.* Ezech. 47. 5.

סְחִיתָא, כְּחִיתָא, כְּחִית Stercus, lutum. Iſa. 5. 25. *in Regiis* כִּיחִיתָא; *in Venetis autem male* כִּיחְתָא.

שְׁחַף Depellere, expellere, impellere, propellere. Prov. 10. 3. *Part. Plur.* סְחִיפִין impulſi, *ſc.* feſtinantes. Eſth. 8. 14. *Ithpehal* אִסְתְּחִף impelli. Prov. 14. 32.

מִסְחֲפָא Haſta, lancea: clypeus *aliis*, *Hebraice* כִּידוֹן. 1. Sam. 17. 6.

סְחַר Circuire, circumdare. Cant. 3. 2. *Pahel* סַחַר idem. Thren. 4. 6. *Ithpehal* אִסְתְּחַר circumire. Pſal. 141. 10. vertere, avertere, convertere ſe, redire, reverti. Iſa. 1. 4. 2. Sam. 14. 24. verſari, converſari. Pſal. 26. 5. ſedere, aſſidere, accumbere. Geneſ. 27. 19. Pſal. 1. 1. Thren. 1. 6. *Aphel* אַסְחַר circuire, circumdare, circumducere. Ezech. 47. 2. avertere. 2. Reg. 16. 18. aſſidere, accumbere, diſcumbere. 1. Sam. 20. 24. Jerem. 16. 8. decumbere facere. Canr. 6. 4.

סְחוֹר Circuitus, in circuitu, undique, circumquaque, undequaque. *Solet geminari* סְחוֹר סְחוֹר circumcirca. Num. 1. 50. & 16. 24.

סְחָרָנִין Circuitus, circum, circa. *Reſpondet Hebræo* סְבִיבִין, & סְבִיבוֹת. Deut. 17. 14. Jerem. 32. 44.

סְחָרָנוּת, סַחֲרָנוּת Circuitus, locus circumjacens; circum, circa. Exod. 7. 24. 2. Reg. 7. 17.

אַסְחָרוּתָא Conſeſſus, accubitus in circuitum, diſcubitus. 1. Reg. 10. 5. בֵּית אַסְחָרוּתָא domus accubitus, triclinium, cœnaculum. 1. Sam. 10. 13.

סְחוֹרְתָא, סְחוֹרָא Negotiatio, mercatura, mercatus, merx. Geneſ. 23. 16. Iſa. 23. 3.

Ne-

Digitized by Google

סַחְרָן Negotiator, mercator, *qui negotiationis cauſa ultro citroque circuit. Id tritum in ſententiis Ben Syræ*, לא תמצא תורה לא בסחרנים ולא בתרים *h. e.* Non invenies Legem neque apud negotiatores, neque apud mercatores. *Nimirum ægre, ac difficulter Legis, Verbique Divini cognitio, pietatiſque ſtudium apud hujuſmodi homines reperitur, cum quæſtus, lucri, & diviſiarum cupiditate abrepti in hujus vitæ commodis acquirendis toti omnino ſint occupati. Hinc Syracides Græcus appoſite admodum ſcriptum reliquit*, μόλις ἐξελεῖται ἔμπορος ἀπὸ πλημμελίας. Vix eximitur negotiator a delicto.

סְטָא, סְטִי Inclinare, declinare, deflectere, divertere, recedere, ſecedere. Geneſ. 38. 1. Numer. 5. 19. *Aphel* אַסְטֵי inclinare, declinare facere, avertere, evertere, pervertere. Amos 2. 7. Iſa. 10. 2.

סַטְיָא Receſſio, averſio, perverſitas: inſania, fatuitas, ſtultitia. Deuter. 19. 16. Cant. 7. 1.

סְטוּתָא, סְטוּת Idem. Eccleſ. 2. 16. *in Bibliis Venetis*.

אַסְטְיוּתָא, אַסְטְיוּת Idem. Iſa. 58. 9. Ezech. 9. 9.

סְטָיו Pavimentum, ſolum. Eſth. 1. 6. *Talmudiſtis* Stoa, Porticus, Atrium, *locus palatiorum principum, & magnatum, ubi ſolent advenientes ſedere, donec ad eoſdem admittantur*.

סְטַם Claudere, occludere, obſignare ſigillo. Eſth. 8. 8. 10. *Idem ac* סְתַם.

סְטוּמְתָא, סְטוּמָא Obſignatio, ſigillum. עִזְקַת סְטוּמְתָא annulus obſignatorius, ſigillum. Geneſ. 38. 25.

סְטַן Adverſari, odio habere, odiſſe. Num. 22. 32. Pſal. 71. 3. *Aphel* אַסְטִין Idem. Pſal. 38. 21.

סַטָנָא, סִטְנָא, סָטָן Adverſarius, hoſtis, Satan, Satanas, Diabolus. 1. Reg. 5. 4. *Interdum ſcribitur etiam cum* ש. Job 1. 6. 1. Reg. 11. 23.

שִׂטְנָה, סִטְנָה Sitna. *Nomen proprium fontis, ſic appellati a litibus, & controverſiis paſtorum*. Geneſ. 26. 21.

סִיטוֹן Lorica. *Plur. cum aff.* בְּסִיטוֹנֵיהוֹן cum loricis ſuis. Iſa. 21. 8.

סְטַר, סִטְרָא Latus, ora, extremitas. Exod. 26. 26. בִּסְטַר apud, juxta, penes. 2. Sam. 2. 16. *Plur.* סִטְרֵי, סִטְרִין latera, oræ, extremitates. Geneſ. 3. 24. Job 38. 13.

סוּטְרָא, סוּטַר Merces, ſtipendium. Levit. 19. 13. *in Jonathane*.

מַסְטְרָנֵי, מַסְטְרָנִין Magiſtri, dominatores, præfecti. Eſth. 9. 3. *in Targum ſecundo*.

סִיב, סִיד, סִיג, סַיֵּב *Vide in* סוּם, *& reliquis*.

סַיֵּם Excæcare. Cant. 5. 7. *Talmudiſtis, & Rabbinis* abſolvere, finire, terminare. *Item* induere.

סִימָא, סִים. *Vide in* סוּם.

סִין סָאן, סָן Lutum, cœnum. Iſa. 57. 20. Job 41. 21.

Digitized by Google

סָאִין Idem. Job 41. 21.

סִין, סִינָא, מְסָנָא *Vide in* סאן.

סִים, סִיסָא Glomus. *Plur. emphat.* סִיסַיָּא glomi. Num. 35. 18. *in Jonathane*.

סִיַּע Juvare, adjuvare, opitulari, auxiliari, auxilium, opem ferre. Zach. 1. 15. Pſal. 119. 175. *Ithpahel* אִסְתַּיַּע juvari, adjuvari. Eccleſ. 3. 9. adjuvare. *Item* congregari, convenire. Jerem. 5. 7. Iſa. 1. 29.

סִיעֲתָא, סִיעָא Congregatio, cœtus, turma, turba, ſocietas, conſenſus. Joſ. 9. 2. 2. Sam. 2. 25. *Plur.* סִיעָן, סִיעָתָא congregationes, turmæ. Num. 33. 35. Prov. 27. 22. Num. 24. 24. *in Bibliis Venetis, ubi Regia habent* צִיעָן naves.

סִיּוּעַ Auxilium. Pſal. 46. 2.

סִיַּעְתָּא, סִיעוּת, סִיעוּת, סִיַּעְתָּא Idem.

סִיף, סַיְפָא Enſis, gladius. Exod. 5. 21. *Plur.* סַיְפִין, סַיְפַיָּא, סַיְפֵי enſes. Joel. 3. 10.

סִיק סִיקָא Lignum: arbor: vas ligneum. *Plur. emphat.* סִיקַיָּא ligna, vaſa lignea. Exod. 7. 19. *in Targum Hierosolymitano*.

סִיר, סִירָא Spina. *Fœmin.* סִירְתָּא, *pro quo male legitur* סִידְתָּא. *Plur.* סִירִין ſpinæ. Iſa. 34. 13.

סַךְ, סַךְ *Vide* סכך.

סְכָא, סְכָה Spectare, intueri, contemplari, aſpicere, proſpicere, reſpicere, ſpeculari, ſpeculando expectare. Geneſ. 49. 18. ſperare. Prov. 20. 22. *Aphel* אַשְׁכֵּי idem. *Ithpehal* אִסְתְּכֵי idem. Geneſ. 19. 28. *Ex Pahel Partic.* וּמְסַכֵּינָא לְמֶחֱזֵי & expecto ad videndum. Habac. 2. 1.

סַכְוָאָה, סַכְוֵי Spectator, ſpeculator, obſervator, explorator. Iſa. 21. 6. *Plur.* סַכְוָאַיָּא, סַכְוָאִין ſpectatores, exploratores. Iſa. 21. 6. 1. Sam. 14. 16.

סָכוּתָא, סָכוּת Specula, læ: contemplatio. Geneſ. 31. 49.

שִׂכוּיָא, סִכְוַיָּא Spes, expectatio. Prov. 19. 18.

סְכַךְ *Hebraice*. Tegere, obtegere, protegere, operire, obducere. Exod. 33. 22. *Hinc Chaldaice Participium Pahel* דִּמְסַכְּכָא quæ obtegit. *Apud Talmudicos* numerare, ſummam numeri colligere, *In Bavà Batrà* 166.

סִכְּתָא, סִכָּא Clavus, paxillus, ligo. Deut. 23. 14. *Plur. maſc.* סִכִּין clavi. *Emphat.* סִכַּיָּא clavi, ligones. Exod. 38. 20. *Conſtr.* סִכֵּי Exod. 27. 29.

סִכּוּת Tabernaculum, tugurium. Amos 5. 26. *Aliis eſt nomen proprium Idoli ab Aſſyriis culti, & præcipue Babyloniis, de quo mentio* 2. Reg. 17. 30. וְאַנְשֵׁי בָבֶל עָשׂוּ אֶת־סֻכּוֹת בְּנוֹת Et viri Babylonii fecerunt Sochòth benòth. *Rabbì Kimchì, & Jarchì exiſtimant, hujus Idoli imaginem fuiſſe gallinam cum pullis ſuis. Horum opinioni favet LXX. Verſio Græca reddens* סֻכּוֹת בְּנוֹת Σωχῶθ βενῶθ *veluti proprium Numinis vocabulum. Eorum ſententia mihi magis arridet, qui vertunt verba illa* סֻכּוֹת

Ta-

בְּנוֹת Tabernacula filiatum, *cenſentque, iis verbis uon Deum, aut Deam, ſed Fanum aliquod, rituſque in eo ſacros deſignari. Tradunt enim Auctores, Babyloniæ Templum Mylittæ, ſive Veneri Uraniæ dicatum extitiſſe, quo puellæ a matribus deducebantur, ibique ſub Veneris tutela cum maximo pudicitiæ probro relinquebantur. Templi enim Sacerdotes, ubi eas exceperant, cibo, potuque replebant, floribus, & corollis ornabant, jubebantque, ſingulas certis intervallis per funiculos diſtinctis ſeparatas ſedere, hoſpiteſque rei turpis ſatis conſcios expectare, a quibus, prius rite implorata Venere, & pecunia data, ſubducerentur, ut cum iis longe a Fano rem haberent. Hoc ritu earum quælibet ad res Venereas quodammodo initiabatur. Id autem lege patria fœminis omnibus erat commune, ut ſemel in vita ad Fanum deſidentes cum advenis commiſcerentur, cogereuturque biennium, & triennium ibi manere, quæ pulcritudine, & forma a cæteris vincebantur.*

שׂוֹכָא, סוֹכָא, סוֹךְ Ramus, frons, dis. 2. Sam. 18. *9.*

סֻכָּה Tabernaculum, caſula: tugurium, umbraculum. Jon. 4. 6. *Plur.* סֻכּוֹת tabernacula. Levit. 23. 34. *Die decimo quinto menſis* תִּשְׁרִי *h. e.* Septembris, *per ſeptem dies erigunt Judæi* סֻכּוֹת Tabernacula, *quæ habitaverunt in deſerto.* סֻכּוֹת Tabernacula *hæc ex ramis palmarum, ſalicum, olivarum, & myrtorum ſub dio ſine januis constructa ſunt; malis citreis, peponibus, cucurbitis, & aliis id genus ſunt ornata, ſtrata tapetibus, & vaſis argenteis, tabelliſque varios* מִקְרָא Sacræ Scripturæ *textus continentibus diſtincta. In his Tabernaculis epulis, & conviviis vacant, non tamen dormiunt, quemadmodum olim conſueverant. Hujus Feſti celebratione populus commonefit vitæ aſperæ, ac duræ, quam ejus majores quadraginta annorum ſpatio per deſertum errantes degere coacti ſunt, excitaturque ad extollendam ſummam Dei in ſe benignitatem collatione facta vitæ hodiernæ cum antiqua. Ne autem Tabernaculorum extruendorum obliviſcantur, ex parietibus domeſticis ſuſpenſas multi tabellas quaſdam habent Levitici c. 23. v. 42. verba illa complectentes:* בַּסֻּכֹּת תֵּשְׁבוּ שִׁבְעַת יָמִים כָּל־הָאֶזְרָח בְּיִשְׂרָאֵל יֵשְׁבוּ בַּסֻּכֹּת *h. e.* In Tabernaculis habitabitis ſeptem diebus; quiſquis indigena eſt in Iſraele, in Tabernaculis maneat, *juxta Vulgatam. Olim Judæi Tabernaculorum Feſto thyrſos hederis, & florentibus ſertis obtectos geſtabant gaudio geſtientes, & in memoriam revocantes, ſe in Ægypto captivos fuiſſe; & ab illa ſervitute liberatos. Apud Græcos hoc Feſtum dicitur* Σκηνοπηγία, Scenopegia, *ad quod celebrandum etiam Chriſtum Hieroſolymam ſe contuliſſe in Evangelio legimus. Summo mane hodie Judæi ſingulis diebus in* בֵּית הַכְּנֶסֶת Synagogam *conveniunt* לוּלָב Faſciculum, *ex palmæ, oleæ, & ſalicis ramis conſtantem dextera,* אֶתְרוֹג malum citreum *ſiniſtra geſtantes, cumque* חַזָּן Præcentor *ad verba Levitici c. 23. Tabernaculorum conſtructionem in memoriam revocantia pervenit, unuſquiſque ad edendum ſtrepitum* לוּלָב Faſciculum *ter manu concutit, eumque ter Orientem, Meridiem, Occaſum, & Septentrionem verſus ductum ſemel ſurſum, ac deorſum agitat. Interea ſinguli hæc verba recitant in Latinum a nobis Lectorum omnium gratia converſa.* Benedictus eſto tu Domine Deus noſter, qui nos præceptis tuis ſanctificaſti, &, ut faſciculum palmæ geſtaremus, imperaſti. *Mox extractum ex arca librum, & in ſuggeſtu collocatum* לוּלָבִים, Faſciculis & אֶתְרוֹגִים Malis citreis *ſublatis omnes circumeunt ſperantes fore, ut quod olim Iſraelitis in cives urbis* יְרִיחוֹ Jericho *accidit, id ſibi aliquando in Chriſti fideles ſuccedat. Ex ſeptem diebus, quibus hæc agunt, duo priores integri ſolemnes ſunt, quatuor intermedii partim feſti, partim profeſti, ſeptimus tandem admodum ſanctus. Noctem diei ſepsimi* סֻכּוֹת Tabernaculorum *nonnulli inſomnem ducunt, ſub dio cum* לוּלָבִים Faſciculis *Lunæ radiis expoſiti, totius anni eventa per Lunæ radios*

ſe expiſcaturos facile exiſtimantes. Religioſiores inter Judæos totis ſeptem diebus præterea alia quædam pietatis ergo exercent; ſe abluunt ante Solis ortum, in בֵּית הַכְּנֶסֶת Synagoga *diu immorantes Dei auxilium implorant, ipſique ſeptem ex arca libros deſumentes, & in ſuggeſtu poſitos* לוּלָבִים Faſciculis *inſtructi ſepties quotidie obambulant, eoſque ſingillatim referentes in arcam iterum abdunt, & egenis ſtipem pro viribus liberaliſſime largiuntur. Alii autem volunt, Judæos tali ritu ſuggeſtum circumire in memoriam Templi Hieroſolymitani, quo ſtante idem ritus obtinebat; alii ob ſeptem ſphæras Cœlorum; alii in memoriam urbis Jericho, quæ ſeptem vicibus a populo Iſraelitico Dei juſſu circumdata nullis machinis concuſſa, nullo tormentorum, vel arietum ictu labefactata ad buccinarum, tubarumque clangorem a fundamentis ſponte evulſa, exciſa, atque deleta eſt. Antiquitus die ſeptimo* סֻכּוֹת Tabernaculorum *fiebat* נִסּוּךְ הַמַּיִם Niſsùch Hammàim, *h. e.* libatio, *ſeu* effuſio aquarum, *cujus effuſionis ritus erat hujuſmodi. Amphoram aquæ e fonte Siloe ab Iſaia ob lenitatem celebrato populus univerſus ſimul collectus hauſtum ibat, maximaque religione, ac reverentia poſt eum, qui amphoram portabat, Preces, & Pſalmos ſummiſſa voce recitans procedebat. Ubi ad portam Templi* מַיִם aquarum *appellatam is acceſſerat, qui amphoram geſtabat, tubas, & buccinas lætitia exultantes inflabant, Templique atrium ingreſſi taciti opperiebantur, donec ille eas ſuper* מִזְבֵּחַ Altare *effunderet, ne ſtrepitu, & vociferatione turbatus extra Altare projiceret; quod ſi contingeret, piaculum maximum cenſebatur, ſolemnique expiatione dignum.*

מָסָךְ Aulæum, cortina. Exod. 26. 36. *Conſtr.* מָסַךְ Exod. 35. 17. *vulgo* panno daraſſo. *In* הֵיכָל Templo *triplex fuit* מָסָךְ velum. *Primum intimum* פָּרֹכֶת *appellatum, quod inſerviebat ſeparando* מִקְדָּשׁ Sancto *a* קֹדֶשׁ־קָדָשִׁים Sancto ſanctorum, *ſive* Adyto. *Ex quatuor columnis pendebat, quarum baſes argenteæ, capitella aurea. Alterum medium claudens Sanctum, januæque vicem gerens, pendens ex quinque columnis baſes æreas habentibus, capitella autem aurea. Tertium velum erat portæ atrii, tertiæ partis Tabernaculi, quod januæ vicem gerebat, pendebatque e quatuor columnis cum baſibus æneis, & capitellis argenteis. Primum geſtabatur a Cahathitis cum* אָרוֹן Arca, *& aliis; duo poſteriora a Gerſonitis. Cæterum generatim dictio hæc* מָסָךְ *de aliis tegminibus adhibetur, ut de tegumento nubis. Pſal.* 105. *de operculo putei.* 2. *Sam.* 17.

מוּסָךְ Tegmen; tentorium, *locus tectus, in quo cuſtodes manebant. Conſtr.* מוּסַךְ 2. Reg. 16. v. 18. *Quidam contendunt tabulatum fuiſſe ad ſuggeſti ſimilitudinem, unde Conciones haberentur, ad cujus imitationem etiam hodie in Judæorum Synagogis tabulata conſpiciuntur, ex quibus* תּוֹרָה Lex, *&* נְבִיאִים Prophetæ בִּלְשׁוֹן כַּשְׂדִּים Lingua Chaldaica *præleguntur.*

סְכַל,

שְׂכַל Intelligere. Pſal. 36. 4. *Ithpahel* אִסְתַּכַּל, אִשְׁתַּכַּל Intelligere, conſiderare, animadvertere, attendere. Pſal. 33. 14. *Item* intueri, aſpicere, reſpicere. Geneſ. 19. 26. *Item* ſtultum eſſe; ſtulte, inſipienter agere. *Aphel* אַסְכֵּל, אַסְכִּיל Intelligere: intelligentem reddere: ſtultum eſſe; ſtulte agere. Job 6. 24.

סְכָלָא, סַכְלָא, סָכַל Stultus, inſipiens, fatuus. Prov. 10. 1. & 18. 12. *Plur.* סַכְלִין, סַכְלֵי fatui, ſtulti. Prov. 1. 22. *Fœm.* סַכְלְתָא ſtulta, fatua. Prov. 9. 13. *Plur.* סַכְלָן, סַכְלָתָא ſtultæ, fatuæ. *A Talmudicis appellatur* בּוּכְרָא סַכְלָא primogenitus ſtultus, *qui eſt illegitimus, primuſque a matre in lucem*

Digitized by Google

cem editus eſt, ſed patre incerto natus. Ab Hebræis enim adulterinus cenſetur, ineptuſque ad duas hæreditatis partes capiendas pro jure verorum, germanorumque primogenitorum.

שְׂכָלָא , סָכְלָא Intelligentia, intellectus: carmen erudiens, didaſcalicum.

סוּכְלְתָן & , סַכְלְתָנָא , סָכְלְתָן Intelligens, prudens. Geneſ. 43. 13. *Item* intelligentia, prudentia. Prov. 21. 11. *Plur.* סוּכְלְתָנִין , סָכְלְתָנִין prudentes: intelligentiæ. Deut. 1. 13. *Fœm. ſing.* סוּכְלְתָנִית Prudens fœmina.

סוּכְלְתָנוּת & , סוּכְלְתָנוּתָא , סָכְלְתָנוּתָא , & סוּכְלְתָנוּ Intellectus, intelligentia, prudentia. Exod. 31. 3. Prov. 1. 5. *Scribitur etiam per* ש. *Cum aff.* בְּסָכְלְתָנוּתְהוֹן in prudentia ſua. Ecclеſ. 9. 11.

סְכוּלָא Idem. Prov. 21. 16. & 23. 9.

שׁוּכְלָא Idem. Prov. 1. 3.

סְכַם Numerare, ſupputare. *Ithpehal* אִסְתְּכַם recenſeri. Numer. 16. 29. *in Jonathane*. *Aphel* אַסְכִּים aſſentiri, conſentire. *Particip.* מַסְכִּים conſentiens. Cant. 8. 13.

סְכָמוּת Recenſio.

סְכוּם Numerus, ſumma numerata, *pro Hebræo* מִסְפָּר. Exod. 5. 8. Pſal. 147. 4.

אַסְכָּמוּתָא Conſenſus, convenientia. Gen. 31. 14. *in Jonathane*.

הַסְכָּמָה , אַסְכָּמָה Conſenſus, convenientia, concordia. *Conſtr.* הַסְכָּמַת הַמְפָרְשִׁים Conſenſus Interpretum.

אַסְכֵּימָא *Vide in* אסך.

סְכַן Periclitari, tentare, probare, experiri. Judic. 14. 29. *Ithpahel* אִסְתַּכַּן periclitari, in periculo verſari. Pſal. 18. 5. 119. 109. proficere, utilitatem capere. Job 34. 9. *Aphel* אַסְכֵּן Aſſueſcere: addiſcere. Pſal. 139. 3.

סַכָּנָא Periculum. *Ex Thren.* 5. 9. *citatur ab Elia, ſed hodie in exemplaribus Biblicis non invenies.* סַכִּין בְּיַד שׁוֹטֶה סַכָּנָה Culter in manu ſtulti periculum eſt. *Nimirum vel optima occaſio, & opportunitas periculum, & perniciem ſtultis, & imperitis creare ſolet, cum ea uti neſciant, imprudenteſque res ſalutares in damnum, & exitium ſuum convertant. Hinc Græcum illud,* μὴ παιδὶ τὴν μάχαιραν. Ne puero gladium, *videlicet tradas.*

סַכִּינָא , סַכִּין Gladius, culter. Prov. 23. 2. סַכִּין שֶׁל שְׁחִיטָה Culter mactationis. סַכִּין שֶׁל רַצְעָנִין Culter ſutorum, *ſive* cerdonum.

סְכָן Lutum, cœnum. Pſal. 40. 3. *pro* סָוֶן.

מִסְכֵּנָא , מִסְכֵּן Pauper, egenus, miſer, tenuis, inops. Ecclеſ. 5. 7. Prov. 13. 11. *Plur.* מִסְכְּנַיָּא , מִסְכְּנִין pauperes. Deut. 15. 11. Pſal. 10. 8. *in Bibliis Venetis*. *Conſtr.* מִסְכְּנֵי Job 24. 4. Exod. 23. 11.

מִסְכְּנוּתָא , מִסְכֵּנוּת , מִסְכְּנוּ Paupertas, egeſtas, inopia. Job 5. 11. Prov. 28. 19. *Cum aff.* מִסְכְּנוּתָךְ Prov. 6. 11. *Tritum eſt apud Rabbinos* יאיא מסכנותא ליהודאי כערקתא סומקא דעל לביה דסוסיא חורא *h. e.* Pulcra eſt paupertas Judæis, ſicut lorum

rubrum in pectore equi albi.

סַסְכֵּן Pauperem reddere, ad paupertatem redigere. Iſa. 3. 15. Pſal. 56. 8. *Ithpahel* אִתְמַסְכֵּן pauperem, inopem fieri, inopia affici. Pſal. 142. 7. כל העוסק בבנין מתמסכן Quicumque occupatus eſt in ſtructura ædificiorum, pauper fit, *juxta illud*:

Ædificare domos, & paſcere corpora multa,

Ad paupertatem proximus eſt aditus.

סכר Claudere, concludere, occludere, obſtruere, obturare. Prov. 21. 13. *Aphel Particip.* וּמַסְכִּיר qui obturat. Prov. 28. 9. *Ithpahel Præter.* אִסְתַּכַרוּ clauſi ſunt. Geneſ. 8. 2.

סִכְרָא Clauſura, excipulus, *locus, in quo concluduntur aquæ*. Iſa. 19. 10. *Apud Talmudicos* מְצוּדוֹת הַסְּכָרִים retia excipulorum. *In Tractatu* כלים cap. 23.

סוּכְרָא Repagulum. Prov. 18. 9.

סלה *Aphel* אַסְלֵי Rejicere, reſpuere, reprobare, ſpernere, aſpernari, averſari, abominari. Prov. 5. 12. *in Regiis* אַשְׁלֵי.

מְסַלְיָא Reprobum, reprobatum. Prov. 26. 23.

סַלְאֲנָא, סוּלְאֲנָא Rejectitium, ſcoria. Prov. 25. 4.

סִלְוָא Spina. Job 40. 21. *Plur.* סִלְוִין, סִלְוָתָא ſpinæ. Can. 2. 2. *Conſtr.* סִלְוֵי Job 31. 40.

סְלָיו Coturnix. *Interdum ſcribitur cum* ש. *Plur. maſc.* סְלָוֵי coturnices. Num. 11. 32. *Fœm.* סְלָוָן Num. 21. 7.

סֶלָה Exaltatio, elevatio. *Hæc vox per ſe nihil ſignificat. Invenitur autem in tota* מִקְרָא *tantummodo in Pſalmis, & Cantico Habacuc, & ubi ſita eſt, fiebat elevatio vocis in muſica. Alii eam vertunt in* ſæculum; *alii* ita eſt; ſic eſt rei veritas; amen; profecto. Pſal. 3. v. 3. Habac. 3. v. 3. *D. Hieronymus, Aquila, & quinta Editio explicant* ſemper. *Alii volunt fuiſſe vocem encliticam, paragogicam, & in carminibus cantus modulamini inſervientem. Alii ſignum vocis attollenda, & ſilentii, ut animus excitaretur ad ea perpendenda, quæ canebantur. Septuaginta, Symmachus, & Theodotion exponunt* διάψαλμα, *quaſi mutationem cantilenæ, ſeu rhythmi, quod magis arridet, cum neque in Vulgata, neque in Arabica Verſione hujus vocis expoſitio reperiatur, & ſæpe etiam in Syriaca deſideretur. Non ſine riſu autem excipienda cujuſdam interpretatio, qui nulla ratione innixus* סלה *nomen Dei proprium eſſe contendit. Quid Buxtorphius de hac voce ſenſerit, vide in ejus Lexico Hebraico in dictione* סלה. *Cæterum Hebræis hodie magnus hujus vocis uſus eſt in fine Precum, & ſepulchrorum Epitaphiis.*

סְלַח Condonare, remittere, propitium eſſe. Iſa. 55. 7. *Pahel* סַלַּח idem. Num. 18. 1.

סְלִיחוּת Remiſſio, condonatio. Jerem. 8. 15.

סְלִיחָא, סְלִיחָה, סְלִיחַ Idem. *Plur.* סְלִיחוֹת condonationes. *A Rabbinis appellantur* סליחות preces propitiatoriæ *in librum peculiarem collatæ. Hinc* סֵפֶר סְלִיחוֹת Liber precum propitiatoriarum.

סלל, סַל, סַלָּא, סִלָּא Caniſtrum, ſporta, ſportula, *contexta ex viminibus*. Geneſ. 40. 17. *Plur.* סַלִּין, סַלַּיָא caniſtra. Geneſ. 40. 18. *Emphat.* בְּסַלַּיָא in caniſtris. 2. Reg. 19. 7. תְּלָא סִילְתָּא תְּלָא מְזוֹנֵיהּ Qui ſuſpendit corbem panarium, ſuſpendit alimentum ſuum. *Proverbium*

Digitized by Google

bium hoc Rabbini iis accommodant, qui ad inopiam, & paupertatem redacti micas tantum panis ſuſpendunt, & aſſervant. Ego vero exiſtimaverim, ita potius intelligendum eſſe, eos, qui micas ſuſpendunt, ut a pauperibus abſcondant, facile in paupertatem incidere.

סַלְסִלִּין Quali, corbes vindemiatoriæ. *Hebraice* סַלְסִלּוֹת Jerem. 6. 9.

סלם

סוּלְמָא Scala. Geneſ. 28. 12.

סַלְמַנְדְּרָא Salamandra, *beſtiola, ſive reptile. Ex Ariſtotele in hiſtoria Animalium* lib. 5. *cap.* 19. *habetur de Salamandra;* Nonnulla corpora eſſe animalium, quæ igne non abſumantur, Salamandra claro documento eſt, quæ, ut ajunt, ignem, etiam perambulando eum, extinguit. *Plura de eadem Plinius addit* lib. 10. cap. 67. Salamandra animal lacerti figura, ſtellatum, numquam niſi magnis imbribus proveniens, & ſerenitate deficiens. Huic tantus rigor, ut ignem tactum extinguat, non alio modo, quam glacies. Ejuſdem ſanie, quæ lactea ore vomitur, quacunque parte corporis humani tacta, toti defluunt pili, idque, quod contactum eſt, colorem in vitiliginem mutat. *Gloſſa ad* מַסֶּכֶת חוּלִּין Maſſèchet Cholin *fol.* 127. *ad* Levit. 11. 29. סלמנדרא שרץ הנוצר מן האור מעצי הדס על ידי כשפים והסך מדמו אין האור שולט בו *h. e.* Salamandra eſt reptile, generatum ex igne lignorum myrti: & qui ungit ſe ſanguine ejus, in eum non dominatur ignis. *Alia habes de Salamandra in* חגיגה Chaghigà *fol.* 27. *in* שמות רבא Scemòr Rabbà *ſect.* 15. *in* Medràs Tanchumà *ſect.* וישב *fol.* 16. *& alibi.*

סַלְמַנְטוֹן Salmanton, curculio, *vermis erodens frumentum. Apud Talmudicos in* Levit. 26. v. 10. *ubi legitur:* Et comedetis vetus inveteratum (*frumentum*) & vetus propter novum producetis. ואכלתם Et comedetis מן התבואה ישן בלא סלמנטון מאי בלא סלמנטון רב נחמן אמר בלא רצינתא ורב ששת א בלא שריפא de frumento veteri *abſque Salmanton.* Quid eſt *abſque Salmanton?* Raf Nachman dixit, *abſque verme;* Raf Sceſcet dixit, *abſque uredine, videlicet quod neque a curculione eroſum, aut uredine tactum, vel corruptum eſt. Corrige locum Jonathanis in Paraphraſi loci citati:* וְתֵיכְלוּן עַתִּיקָא דְמִעַתַּק וְלָא חַסַלְמַנְטוֹן Et comedetis vetus inveteratum abſque curculione, *h. e.* בְּלָא סַלְמַנְטוֹן. *Curculio autem eſt quaſi Gurgulio, quia fere totus eſt guttur. Hinc Virgilius in lib.* 1. *Georgic.*

.... populatque ingentem farris acervum
Curculio. *Hinc dicta Plauti Comœdia*
Curculio.

סֶלַע

סִלְעָא Siclus. *Plur.* סִלְעִין, סִלְעֵי ſicli. *De Siclis vide Majemonidem part.* 1. *de Statutis* שקלים. *Siclus moneta antiquis Judæis in uſu duplex erat, Sacer, & Profanus, vel Vulgaris, ſive Civilis. Sacer valebat* עֶשְׂרִים גֵּרָה, *vel Chaldaice* עֶשְׂרִין מָעִין vigiuti obolos, *ſicuti dicitur* Exod. 30. 13. *Siclus vero vulgaris valebat dimidium. Siclus ſacer Hebraice dicitur* שֶׁקֶל הַקֹּדֶשׁ Siclus ſanctitatis, *& Chaldaice* סִלְעָא דְקוּדְשָׁא; *Siclus vero communis appellatur a Rabbinis* שֶׁקֶל שֶׁל חוֹל ſiclus profanus, vulgaris;

pa-

Digitized by Google

pariter שְׁקֶל הַמְּדִינָה Siclus provincialis, שְׁקֶל הַמֶּלֶךְ Siclus Regius, civilis, *vel* politicus. *Plura vide in dictione* שְׁקֶל.

סלעם *Pahel*. Abſorbere, abſumere, conſumere, deglutire, perdere, diſperdere. Job 10. 8. *Ithpahel* אִסְתַּלְעַם abſorberi, conſumi, perdi. Iſa. 25. 7. Pſal. 107. 27.

סַלְעֲמִיתָא, סַלְעֲמוּתָא Perditio, pernicies, exitium. Pſal. 52. 6.

סלף *Hebraice*. Pervertere. *Hinc Chaldaicum Ithpehal* וּפוּמֵיהּ אִסְתַּלִּיף Et os ejus fuit diſtortum. Eſth. 6. 10. *in Targum ſecundo*.

סַלִּיף, סְלִיף Perverſum, perverſus. Prov. 10. 10.

סלק Aſcendere, conſcendere: Geneſ. 19. 28. ceſſare, deſinere, finem habere, finiri. Judic. 3. 19. Amos 6. 10. *Pahel* סַלֵּק aſcendere facere, tollere, auferre, transferre, ſubducere. Geneſ. 49. 9. Deut. 21. 18. *Ithpahel* אִסְתַּלַּק efferri, elevari, aſſumi, tolli, auferri, ſubduci, ſubducere ſe, diſcedere, recedere. Cant. 2. 17. Jerem. 34. 21.

סלת סוֹלֶת, סוּלְתָּא Simila, ſimilago, farina puriſſima. Geneſ. 18. 6. Levit. 2. 5. *Plur.* סֻלְתּוֹת ſimilæ.

סמא Cæcum eſſe, *vel* fieri. *Pahel* סַמֵּי, סַמָּא cæcum facere, excæcare. Exod. 23. 8. *Ithpehal Futur.* עַד לָא יִסְתַּמּוּן antequam cæci fiant. Eccleſ. 12. 2.

סַמְיָא, סַמְיָא, סַמֵּי, סַמֵּי Cæcus. Job 29. 15. *Plur.* סַמְיָן, סַמְיָן cæci. Iſa. 29. 18. & 59. 10.

סַמְיוּתָא Cæcitas. Deut. 28. 28.

סַמָּאֵל Sammael. *Angelus malignus, qui dicitur etiam* מַלְאַךְ מָוֶת Angelus mortis, *de quo vide pag.* 250.

סמב סַמְבַּטְיוֹן, & סַנְבַּטְיוֹן Sabbatjon, fluvius Sabbaticus, *de quo vide Eliam in Thisbi, Fullerum in Miſcellaneis, & infra in dictionibus Rabbinicis.*

סמד סְמִידָא Farina, ſimila. Geneſ. 18. 6. Levit. 1. 1. *Hebraice* קֶמַח.

סְמָדַר Uva prima, *apparens poſt florem, vel in flore latens.* Iſa. 18. 5.

סמך Niti, inniti, incumbere, recumbere: imponere, fulcire: ſuſtentare. Deut. 34. 9. ſuſtentari, confirmari. Pſal. 111. 8. accedere, appropinquare. Ezech. 24. 2. *Ithpehal* אִסְתְּמַךְ niti, inniti, ſuſtentari. Judic. 16. 29. Iſa. 30. 12. ſuſtentare, confirmare ſe: conjungi, conjunctum eſſe.

סְמַךְ, סַמְכָא Suſtentaculum, firmamentum, fulcimentum, baſis, ſtylobates, adminiculum, adjutorium. Geneſ. 2. 18. Exod. 38. 27. 2. Reg. 18. 21. *Plur.* סַמְכִין, סַמְכֵי baſes, adminicula. Exod. 38. 27.

סְמִיכָה *Apud Rabbinos eſt* manuum impoſitio. *Fuit autem* סְמִיכָה manuum impoſitio *olim in uſu, rituſque imponendi manus vel ſuper caput hominis, vel pecudis cum in Veteri, tum in Novo Teſtamento ex Dei inſtitutione, non ex humana voluntate, profectus eſt. Itaque victimæ dominus eam coram Domino conſtitutam ad Occidentem vertebat, & maximo niſu ejus capiti manus imponebat,*

Digitized by Google

bat, peccata ſua interim confitens, vel Deum commendans in Sacrificio ſalutari. Nemo domini vicem gerere poterat; manuſque victimis imponere vetitum erat ſervis, ſurdis, cæcis, ſtultis, ætate minoribus, alienigenis, ac mulieribus.

סְמִכָא Diſcubitus, convivium, epulum. Eſth. 1. 4. *in Targum ſecundo.*

סוּמְכָא Craſſitudo, craſſities. *Cum aff.* סוּמְכֵיהּ craſſitudo ejus. Jerem. 52. 21.

סוּמְכָן , סוּמְכָוָתָא Subſidia, præſidia, auxilia, ſuſtentationes. Jerem. 11. 26. *Item* Æthiopia, Arabia, *ita dicta a ferendis ſubſidiis.* Nah. 3. 9.

סמל סְמָלָא , סְמָאלָא , סְמָאל Siniſtra manus, *vel* pars. 2. Reg. 22. 2.

סַמָּאֵל Sammael, *nomen Angeli maligni, qui apud Jonathanem vocatur* מַלְאַךְ מוֹתָא Angelus mortis. Geneſ. 3. 6. *Vide pag.* 250.

סמם סַמָּא ; סַם Aroma: venenum, toxicum; *in hac ſignificatione conjungitur cum* מוֹתָא, *ut* סַמָּא דְמוֹתָא pulvis lethalis, venenum lethale. Geneſ. 39. 21.

סַמְנִין Aromata odorata. Geneſ. 49. 20. סַמְמָנִין *autem* Indicum, colorem Indicum, minium *nonnulli explicant.*

סַמֵּן Signare, conſignare. *Ithpehal* אִסְתַּמַּן ſignari. Eſth. 5. 1. *in Targum ſecundo.*

סִימָן Signum. Gen. 4. 15. Caput, Sectio. *Plur.* סִימָנַיָּא ſigna. Exod. 21. 7. *in Jonathane.*

סִימָא Idem. Exod. 32. 20. *Plur.* סִימָנִין, סִימָוָתָא ſigna. Jerem. 4. 21. & 6. 1.

סִמְיוֹן Idem. *Plur. conſtr.* סִמְיוֹנֵי ſigna, veſtigia. Job 13. 27.

סוּמָנִין Signa, ſignata, deſignata loca. Iſa. 28. 25.

סמפ סוּמְפַּנְיָה , סוּמְפּוּנְיָה Symphonia. Dan. 3. 15. 5. 10. *ubi legitur* סִיפֹנְיָא, *quod legendum volunt Maſoretha per* סוּמְפֹּנְיָא.

סַמְפּוּרָא Acies, acumen. *Plur.* מִסְפּוּרִין acumina. Iſa. 41. 15.

סַמְפּוּרִינָא Sapphirus: adamas. Exod. 28. 18. *in Targum Hieroſolymitano. Apud Jonathanem* Deut. 4. 13. *legitur* סַסְפִּירִינוֹן.

סמק Rubere, rubeſcere, rubicundum eſſe. *Pahel* סַמֵּק Idem; & rubicundum facere. Geneſ. 49. 11. Thren. 4. 7.

סַמְקָא Ruber, rubicundus, rufus. Levit. 13. 43. *Plur.* סַמְקִין rubri. *Fœm.* סַמְקְתָא rubra. *Plur.* סַמְקָן rubræ. Levit. 14. 37.

סַמּוּק , סִמּוּקָא , סִמּוּק Idem. Geneſ. 25. 25. *Plur.* סִמּוּקִין rubri. Zach. 1. 8.

סוּמָק , סָמָק Idem. *Plur.* סוּמָקִין rubri. 2. Reg. 3. 22. *Fœm.* סוּמִקְתָא rubra. Numer. 19. 2. *Plur.* סוּמָקָן rubræ.

סִמּוּקְרִי , סַמּוּקְרִי Idem. Geneſ. 25. 25.

סַמְקָן *Nomen lapidis pretioſi, ſic dicti a colore ruſo;* ſardius, ſardonyx, ſardonychus. *Aliis* rubinus; *aliis* adamas; *aliis* topazius. Ezech. 28. 13.

סִמּוּקְתָא , סִמּוּקָא Idem. Numer. 2. 3. Exod. 39. 10. *in Jonathane.*

סוּמְקָנוּת Rubedo. Prov. 23. 29.

סמר *Ithpahel* אִסְתַּמַּר Servare, obſer-

ſervare ſe, cuſtodire ſe, cavere ſibi. 2. Reg. 6. 10. Judic. 13. 4.

מַסְמְרָא Clavus. Numer. 25. 3. *in Jonathane. Plur.* מַסְמְרִין. *Emphat.* מַסְמְרַיָּא clavi. Iſa. 41. 7.

סמת סַמְתַּר Unguentum odoriferum. Eſth. 2. 3.

סַמְתוּר Unctio, inunctio boni odoris cauſſa. *Plur.* סַמְתוּרִין, סַמְתוּרֵי unctiones. Eſth. 2. 12.

סַמְתִּירָא Emplaſtrum; medicina. Job 5. 18.

סַמְתֵּר Curare, ſanare, obligare vulnus, *aut* plagam. Job 34. 17.

סְנָא, סְנֵי, שְׂנָא Odiſſe, odio habere, *vel* proſequi. *Promiſcue ſcribitur cum* ס *&* שׂ. Prov. 5. 12. Exod. 18. 21. Pſal. 139. 22. *Rabbinis tritum* כָּל אוּמָּנָא סָנֵי בַּר אוּמָּנוּתֵיהּ Omnis artifex odit ſocium artificii ſui. *Ita Heſiodus:*

> Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων,
> Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.
> Et figulus figulo ſuccenſet, & fabro faber,
> Et mendicus mendico invidet, & Poeta Poetæ.

In מגלה Meghillà fol. 35. Tria ſe invicem odio proſequuntur, canes, galli, & Socii, ſive collegæ. *Nonnulli addunt* ſcorta. *In Tractatu vero* פסחים Peſachim *fol.* 113. שלשה הקבה שנאן Tres Deus Optimus Maximus odio proſequitur. *Ii ſunt, qui aliud ore loquuntur, aliud corde ſentiunt: qui teſtimonium pro ſocio ſuo ſciunt, illudque profiteri nolunt: qui proximum ſuum ſoli in ſcortatione deprehendunt, ſolique contra eum teſtantur.*

סָנֵא, סָנֵי Odio habens, oſor, inimicus, hoſtis. *Plur.* סָנְאִין hoſtes, inimici.

סָנֵי Odioſum. *Cum quidam e Gentibus ad Hillelem ſenem veniſſet, petiiſſetque, ut quam pauciſſimis verbis* תּוֹרָה *Legem totam doceret, reſpondit:* דעלך סני לחברך לא תעביד זו היא כל התורה כולה ואידך פירושה היא Quod odioſum eſt tibi proximo tuo ne feceris. Hæc eſt Lex tota; cætera nihil ſunt, niſi ejus explicatio. *Id habetur in* שׁבת fol. 31. *Chriſtus vero ait* Matthæi 7. 12. Πάντα οὖν ὅσα ἂν θέλητε, ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς. οὗτος γάρ ἐστιν ὁ Νόμος, καὶ οἱ Προφῆται. Omnia quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, ſic & vos facite illis. Hæc eſt enim Lex, & Prophetæ.

מְסַנֵּא Inimicus. *Plur.* מְסַנְאִין Inimici. Pſal. 44. 8.

סְנוּאֲתָא Exoſa. *Jonathan habet* כְּבִירְתָא. Gen. 21. 31.

סְנֵיתָא Odium. Pſal. 139. 22.

שִׂנְאֲתָא, שִׂנְאָה, סִנְאָה Idem.

סְנָא, סָנָא Idem.

סְנֵיתָא, סְנִיאֲתָא, סְנִיאָה, סַנְיָא Idem. Pſal. 139. 22.

סַנוּתָא Idem. Pſal. 109. 3.

סַנְיָא *Vide in* סנן, *&* סנה.

סנג סַנִיגוֹרָא *Videtur eſſe nomen proprium loci*. Num. 34. 8. *in Jonathane.*

סנד סַנְדְּלָא, סַנְדָּל, סַנְדָל Calceus, calceamentum. Levit. 23. 27.

Plur.

Plur. סַנְדָּלִין calcei. Cant. 7. 1. *&* כַּנְדְּלִין. Iſa. 11. 15.

סַנְדְּלָר Calcearius, ſutor.

סַנְדַּלְכִּין *Nomen gemmæ reſpondens Hebræo* רָאמוֹת, *quod alii* corallia, *alii* ſandaſtros *interpretantur*. Job 28. 18. *In Vulgata exponitur per* ſmaragdos. Eſth. 1. 4. *In Venetis male* סַנְדַּלְבּוֹן.

סַנְדְּרֵי *Vide in* סַנְהֶדְרִין.

סְנֶה, סַנְיָא Rubus. Deut. 33. 16. *Cum protheſi* א, אֶסָּנָא. *Rabbini verbis illis* סניא דאפיק וורדא Rubus producit roſas *ſignificare volunt, aliquando accidere, ut ex improbis, & ſceleſtis boni, probiſque moribus præditi exoriantur.*

סַנְהֶדְרִין Synedrium, conſeſſus Judicum, *aut* Senatus, *vel* Doctorum docentium jura divina, & humana, Judices, Senatores, Seniores. Thren. 5. 14. Ruth 3. 11. *Conſtr.* סַנְהֶדְרֵי. Pſal. 140. 10. *&* ה *eliſo*, סַנְדְּרֵי. Numer. 25. 7. *in Jonathane. Vox* סַנְהֶדְרִין Sanhedrìn *a voce Græca συνέδριον, vel συνεδρία derivatur, ſignificatque* conſeſſum, *videlicet Judicum, quæ per Apocopen eſt* סנהדרי, *& per craſin* סנדרין *littera* ה *abjecta. Græcam eſſe confirmat Elias in Thisbi* סנהדרין לשון יון ממש Sanhedrìn eſt vocabulum plane Græcum. *Conſeſſus hic, ſive Synedrium Dei juſſu inſtitutum fuit, ut colligitur ex* Numer. 11. 16. 17. וַיֹּאמֶר יְהוָה אֶל־מֹשֶׁה אֶסְפָה־לִּי שִׁבְעִים אִישׁ מִזִּקְנֵי יִשְׂרָאֵל אֲשֶׁר יָדַעְתָּ כִּי הֵם זִקְנֵי הָעָם וְשֹׁטְרָיו וְלָקַחְתָּ אֹתָם אֶל־אֹהֶל מוֹעֵד וְהִתְיַצְּבוּ שָׁם עִמָּךְ *h. e.* Et dixit Dominus Moyſi: congrega mihi ſeptuaginta Viros ex Senioribus Iſrael, quos tu noſti, quod ſenes ſint, ac magiſtri, & duces eos ad oſtium Tabernaculi fœderis, facieſque ibi ſtare tecum. *Synedrium hoc a Moyſe conſtitutum ad annum quadrageſimum ante Templi ſecundi everſionem duravit, diciturque Herodes anno trigeſimo ſexto Regni ſui ſingulos Sanhedrìn viros, uno excepto, fœde trucidandos mandaſſe. In ipſa captivitate Babylonica* סנהדרין Sanhedrìn *permanſiſſe Targum Cantici Canticorum* cap. 6. v. 1. *plane confirmat* ומרי עלמא קבל צלותהון ברעוא ונתן לבבל לסנהדרין דחכימיא ויהב רוחא לעמיה *h. e.* Dominus Mundi recepit preces ipſorum in gratiam, & permittebat Sanhedrìn in Babylonia manere, & dabat reſpirationem populo ſuo. *In tradenda origine, & etymologia dictionis* סנהדרין Sanhedrìn *Rabbini penitus nugantur. In* לוקטים Collectaneis *Maharil legitur:* סנהדרין *dicuntur, propterea quod* סנאים הדרת פנים בדין odio habent acceptationem vultus, *ſive* perſonarum in judicio. *In* Peſiktà, *Paraſchà* בהעלותך *dicitur:* סנהדרין *vocatur quaſi* סן *&* הדרין: *nempe* סן *idem ac* תורה Lex, *quæ tradita fuit in monte Sinai*, הַדְרִין repetentes, verſantes, *quia* מְהַדְּרִין repetunt, verſant, explicant Legem Commentariis. *In Aruch manuſcripto* שׂוֹנְאֵי דורונות odio habentes munera. *Hic Conſeſſus, ſive Synedrium triplex apud Hebræos fuit, videlicet Synedrium Magnum, Minus, & Mi-*

nimum. Synedrium Magnum *ex LXX. & uno viris compoſitum erat, ſedemque ſuam Hieroſolymis tantummodo obtinebat in* בלשכת הגזית aula Judiciaria ex lapidibus cæſis, & politis extructa. *Hinc in Tractatu* מדות Middòt לשכת הגזית בה היתה סנהדרין גדולה של ישראל יושבת In conclavi cæſi lapidis Sanhedrìn Magnum Iſraelis ſedebat.

Dicitur autem conclave הגזית cæſi lapidis, *quia lapides arte quadam præcipua cæſi, & politi erant. Concilium hoc Magnum conſtituebant nobiliſſimi quique plerumque ex Tribu Levi, Sacerdotes interdum, & Levitæ, interdum etiam Summi Pontifices prudentia, ſapientia, & juſtitia eximii, veritatem amantes, lucrum, avaritiamque odio proſequentes, nullo corporis vitio laborantes, LXX Linguarum cognitione imbuti, ut ſingulas terrarum nationes, quas LXX eſſe Hebræi ſtatuunt, judicarent, patres liberorum, ut ad clementiam magis proclives eſſent, Magiæque periti, ut de ipſis Magis ſententiam ferre poſſent. Eorum auctoritas nullis erat Legum humanarum terminis circumſcripta. Ipſi enim totam Judæam ex arbitrio luſtrabant, conventus quoslibet adibant, Leges condebant, Magiſtratus creabant, Pontifices ipſos, Prophetas, Reges, ſi graviter deliquiſſent, puniebant, de bello gerendo, de pace ineunda, de hoſtibus profligandis deliberabant, temporum calculum inſtituebant, Neomenias, menſium, & annorum intercalationem, Jubilæorum rationem deſignabant, omnino de rebus majoris momenti tum privatis, tum publicis, tum politicis, tum ſacris ſtatuebant. Inter hos tamen Seniores duo excellebant, quorum alter totius Synedrii Caput erat, dicebaturque* נָשִׂיא בְּכָל־מָקוֹם princeps in omni loco, *alter vero minor ipſo auctoritate vocabatur* אָב בֵּית דִּין pater domus Judicii, *ejuſque dexteræ aſſidebat, cum reliqui Senatores ſejuncti quaſi ſemicirculum facerent, ut a duobus illis Capitibus conſpici poſſent. Ante duo illa Capita duo Scribæ ſedebant, quorum alter dexteram, alter ſiniſtram occupabat. Cum hi Seniores ſumma poteſtate pollerent, fiebat, ut omnia eorumdem juriſdictioni ſubjecta eſſent, nullaque ab hoc Synedrio ad aliud provocatio daretur. Cooptabantur autem in hujuſmodi Collegium, & initiabantur manuum impoſitione a Græcis dicta* χειροθεσία, *& ab Hebræis* סְמִיכָה, *quemadmodum Moyſes Joſuæ, & Septuaginta Senioribus manus impoſuit, eoſque Deus poſt initiationem ſpiritu replevit, ut habetur* Numer. 11. 17. וְאָצַלְתִּי מִן הָרוּחַ אֲשֶׁר עָלֶיךָ וְשַׂמְתִּי עֲלֵיהֶם *h. e.* Et ſeparavi de ſpiritu, qui ſuper te, & poſui ſuper eos. *Hic mos imponendi manus initiandis ab Hebræis ad Chriſtianos deſcendit, & ad hanc diem Candidati noſtri ad Sacrum miniſterium manuum impoſitione inaugurantur. In electione præterea hæc verba adhibebantur:* הרי אתה סמוך ושלך רשות לדון אפילו דיני קנסות Ecce manus tibi impoſita eſt, daturque poteſtas tibi judicia exercendi etiam criminalia.

Alterum Synedrium Minus *dictum ex XXXIII. viris conſtatum erat, reperiebaturque in quolibet loco, ubi incolarum numerus, ſeu potius familiarum* 120. *excederet. Quin in ipſa urbe Hieroſolyma duo hujuſmodi Synedria fuiſſe docet Majemonides in* הלכה סנהדרין Halachà Sanhedrìn *cap.* 1. *quorum alterum ad portam atrii, alterum ad portam, quæ aditum ad montem Templi aperiebat, congregabatur. Synedrium hoc circa Judicia capitalia verſabatur, quæ quatuor erant, ſicuti habetur in* סנהדרין Sanhedrìn *cap.* 7. 1. ארבע מיתות נמסרו לבית דין, סקילה, שריפה, הרג, וחנק Quatuor ſupplicia capitalia Senatui tradita ſunt; lapidatio, uſtio, interemptio, quæ fit gladio, & ſtrangulatio. *Porro diſcrimina nonnulla inter Synedrium* Maximum, *&* Majus *intercedebant. Primum conſtituebant Viri LXXI. alterum XXXIII. illud erat unicum, Hieroſolymiſque tantummodo congregatum, iſtud in omnibus Palæſtinæ urbibus reperiebatur; a ſecundo ad primum provocare licebat, non a primo ad ſecundum; omnino in rebus maximis judicandis primum exercebatur, alterius vero cura erat rerum leviorum.*

Denique Synedrium Minimum *tribus ſolummodo Viris conſtabat, & erat ubicumque*

ſa-

familiarum numerus ad 120. non pertingeret, & ad illud pertinebat de rebus leviſſimis judicare. Qui plura de Synedriis Hebræorum deſiderat, legat Seldenum de Synedriis, & Tractatum סנהדרין Sanhedrin *a Coccejo in Linguam Latinam converſum, multiſque animadverſionibus illuſtratum.*

סנר סַנְוֵר *Pahel.* Excæcare, cæcum reddere. Numer. 16. 14.

סנן Colare, percolare, purgare, depurgare. Job 10. 10. conflare. Pſal. 17. 3. *Pahel* סַנֵּן idem.

סְנִינָא, סְנִין Purum, purgatum, percolatum. Pſal. 12. 7. Prov. 8. 19.

סַנְיָא Argentum. Prov. 8. 19. & 16. 16.

מְסַנְנָא Aurum inſigne purgatiſſimum. Iſa. 13. 12. *Melius* מְסַנְנָא. *In Regiis legitur* מְסַסְנָא, *una radicali deficiente.*

סְנוּנִיתָא, סְנוּנִית Hirundo. Jerem. 8. 7. *Aliis* grus, ardea. *Reſpondet Hebræo* עָגוּר.

סס, סָסָא Tinea, *vermis veſtes erodens.* Prov. 15. 20. *In Bibliis Venetis male legitur* סָמָא.

ססג סַסְגוֹנָא Taxus. Exod. 25. 5. Numer. 4. 6. *R. Salomon ad Exod. 25. taxum ita dictum ſcribit,* כי שש ומתפאר בגונים הרבה quia gaudet, & ſuperbit in coloribus multis. *Alii, quia ipſi ſunt* שש גוונים ſex colores. *Hebraice* תַּחַשׁ.

סעד Suſtentare, roborare, fulcire, ſtabilire, auxiliari. Iſa. 59. 16. *Item* edere, comedere. Pſal. 102. 10. *Imperat. ex Pahel* סַעֲדוּ יָתִי Fulcite me. Cant. 2. 5.

סַעֲדָא, סְעַד Auxilium, ſuſtentaculum, ſuſtentatio, robur, fulcimentum, nutrimentum, fruſtum, fruſtulum, bucella, portio. Iſa. 3. 1. Reg. 10. 12.

מִסְעַד Idem. Thren. 4. 10.

סְעוּדְתָא, סְעוּדָא Cibus, convivium, prandium. Ruth 2. 14.

בַּעַל הַסְּעוּדָה Dominus convivii, convivator.

סער Viſitare, inviſere, curam rei alicujus agere. 2. Reg. 10. 13. *Aphel* אַסְעַר viſitare: animadvertere. Levit. 18. 25. *Item* præficere. Pſal. 109. 6. *Ithpehal* אִסְתְּעַר viſitari. Numer. 16. 29. *Item* perturbari. 2. Reg. 6. 11.

סַעֲרָא, סְעַר Viſitatio. Numer. 16. 29. *Item* pilus, capillus. *Plur.* שַׂעֲרִן, סַעֲרִן pili, capilli. *Vide* שְׂעַר.

סְעוֹרַת, סְעוּרָא Idem. Jerem. 49. 8.

סְעוּרְתָא, סְעוֹרָן Idem. Hoſ. 9. 7. Jerem. 23. 12.

שְׂעָרְתָא, שְׂעָרָא, & סְעָרְתָא, סְעָרָא Hordeum. Job 31. 40. *Per craſin* סְרְתָא Exod. 9. 31. *in Jonathane. Plur.* סַעֲרֵי, סְעוֹרִין hordea. Ruth 2. 23. & 3. 17. & סְעָרִין Deut. 8. 8.

אַסְעָרוּת Tempeſtas. Pſal. 40. 6.

ספג Tergere, abſtergere. *Ex Ithpehal* וְיִסְתְּפַג & abſtergetur. Levit. 6. 21. *in Jonathane. In Bibliis Venetis male legitur cum* ן *in fine.*

סְפוּגָא Laganum, placenta. *Plur.* סְפוּגִין placentæ, lagana. Levit. 2. 4. *in Jonathane.*

אִסְפּוּגָא, אִסְפּוּג Laganum, collyra, placenta. Numer. 6. 19. *Plur.* אִסְפּוּגִין pla-

placentæ. Exod. 29. 2.

סָפַד Plangere, planctum edere, lamentari. Geneſ. 50. 10. Iſa. 32. 12. *Aphel* אַסְפֵּד Idem. Thren. 1. 1. *Futurum ex Ithpahel* לָא אִסְתַּפְּדוּן non plangentur. Jerem. 16. 4.

סַפְדָן, סוֹפְדָן Lamentator, *qui ad mortuos deflendos conducitur. Fœmin.* סַפְדָנִית Lamentatrix. *Plangebantur autem mortui non clamore, ejulatu, & querimoniis, ſed cantionibus, epicidiiſque in defunctorum memoriam, lugentiumque ſolatium inſtitutis. Inter cæteros* סַפְדָנִין lamentatores *apud Talmudicos inſignes extiterunt* בר אובא, *vel* בר אבין, & בר קפוק, בר אבין, & בר קפוי, *vel* בר קיפוף, & *de quibus mentio in Baal Aruch in littera* ב, *in Jevammòt fol. 103. & in Moèd Katòn fol. 25. Hujuſmodi lamentationis exempla paſſim in libris Rabbinorum occurrunt. Sic Bar Abbìn planctum ſuum incepit:* בכו לאבלים ולא לאבידה שהיא למנוחה ואנו לאנחה *h. e.* Deflete lugentes, non vero defunctum. Ipſe enim eſt in requie; nos vero in luctu, & gemitu. *Alius* Lamentator, *cum Rabbinus per aquas efferri ad ſepulcrum cogeretur, ita planctum inſtituit:* באו רוב שלישי במי זכור ורחם תעינו מאחריך כאשר מבעלה אל תזניחנו כאחת מי מרה Ingreſſa eſt præcipua pars Iſraelis (*qui* שלישית *a Rabbinis ſolet appellari*) in aquas, recordare, & miſerere, erravimus a ſequendo te, ſicut mulier a marito ſuo; ne rejicias nos, ſicut mulierem per aquas amaras *exploratam, reamque deprehenſam.* Numer. 5. *Ex his potes aliqua ratione conjicere, qua ratione olim Judæi mortuos ſuos planxerint. Tibiis autem Hebræi in luctu, & funeribus utebantur, ſicuti etiam in nuptiis. Hunc uſum D. Matth. ob oculos ponit cap.* 11. 17. Ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε· ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐκόψασθε. Tibia cecinimus vobis, & non ſaltaſtis; lamentati ſumus, *videlicet tibiis*, & non planxiſtis.

סִפְדָא Planctus, lamentum, lamentatio. Eſth. 4. 3. *in Targum ſecundo.*

סְפֵידָא Idem. Eſth. 6. 11. *in Targum ſecundo.*

אַסְפָּדָא Idem. Thren. 1. 18.

מִסְפְּדָא, מִסְפֵּד Idem. Zach. 12. 11. *Plur.* מִסְפְּדַיָּא, מִסְפְּדִין lamentationes. Amos 5. 16.

סְפָה Colligere. *Idem ac* אֲסַף. *Ithpehal* אִסְתְּפֵי metuere, timere. Geneſ. 30. 25. *in Jonathane.*

מִסְפְּיָא Metus, timor, terror. Job 41. 16.

סִפְתָא, שִׂפָּא, סְפָה, סִפָּא Labium, *proprie* oris. Pſal. 81. 6. *Metaphorice* ora, littus, fimbria, *cujuslibet rei extremitas.* Exod. 36. 17. *Plur.* סִפְוָתָא, סִפְּוָן Levit. 5. 4. & *cum* י, סִפְוָתְהוֹן labia ſua. Thren. 2. 15. *Maſc.* סִפְתִין labia. *Conſtr.* סִפְתֵי. *Cum aff.* שִׂפְתוֹי labia ejus. Cant. 4. 3. *Modo ſcribitur cum* ש, *modo cum* ס.

ספח הֵיךְ מִטְרָא סַפְּחָא. Deut. 32. 2. *in Jonathane. Sunt qui legunt* סַחְפָּא ſicut pluvia inundans, imber.

Phia-

ספל סִפְלָא Phiala, hydria, pelvis, ſimpulum. *Plur. conſtr.* סִפְלֵי phialæ. Numer. 15. 7. *in Jonathane*.

ספם סַפְּמָא Myſtax, *barba labri ſuperioris*. *Cum aff.* סַפְּמֵיהּ myſtacem ſuum. 2. Sam. 19. 24.

סְפָמִיָא Sephamia, *nomen proprium regionis*. Obad. 20. *Hebraice* סְפָרַד Hiſpania. Eſth. 1. 12. *in Targum ſecundo*.

סְפַן Honorare, in honore habere. *Ex Ithpehal* אִסְתְּפַן *Vide in* סכן.

סְפִינְתָא, סְפִינָא Navis, *proprie* tecta. 1. Reg. 10. 22. *Plur. fœm.* סְפִינָתָא, סְפִינָן, *& maſc.* סְפִינֵי, סְפִינִין naves. Job 9. 26. Judic. 5. 17. 1. Reg. 22. 50.

סַפָּנָא, סַפָּן Nauta. Jonæ 1. 6. *Plur.* סַפָּנַיָא, סַפָּנִין nautæ. 1. Reg. 9. 27.

כּוּפִינָא Lancea. 2. Sam. 21. 16.

ספס סַפְסַל Sedes, ſedile, ſella, ſcabellum. *Plur.* סַפְסְלִין ſellæ, ſcabella. Geneſ. 15. 17.

סַפְסְרָא, סַפְסַר Gladius, enſis. Eſth. 8. 15. inſtitor, propola, proxeneta. *Plur.* סַפְסְרֵי, סַפְסְרִין enſes, gladii. Prov. 30. 14.

ספף סִפָּא, סַף Poſtis, limen, veſtibulum. 2. Reg. 10. 21. *Plur.* סִפַּיָא, סִפִּין poſtes. Exod. 12. 7. *Conſtr.* סִפֵּי Deuter. 6. 9.

ספק Plaudere, percutere, complodere. Numer. 24. 10. Thren. 2. 15. *Interdum ſcribitur cum* שׂ. *Item* ſufficere, ſufficienter habere, acquieſcere, ſufficiens eſſe: deficere, abſumi, conſumi. *Pahel* סַפֵּק, *&* סוֹפֵק plaudere, complodere: ſufficere, ſufficiens eſſe: ſufficienter largiri, ſuppeditare. Deut. 2. 1. perficere, abſolvere: abſolvi, conſumi. *Aphel* אַסְפֵּק idem.

סוֹפְקָנָא Sufficientia. Prov. 27. 27.

סְפוּק Idem. Jerem. 31. 2.

סַפִּיקָא Idem. Geneſ. 31. 29. *in Jonathane*.

סְפֵק, סָפֵק Dubium, dubitatio.

מְסַפְּקָא Idem. Thren. 5. 3.

סְפִקְלָטוֹר Carnifex, ſpiculator. *Græce* ξυσοφόρος, ſpiculum geſtans. *Plur.* סְפוּקְלָטוֹרַיָא, *ſed melius* סְפוּקְלָטוֹרַיָא ſpiculatores. Geneſ. 37. v. ultimo. *in Targum Hieroſolymitano* כְּפוּקְלָטְרַיָא *pro* סַפוּקְלַטְרַיָא. *Ita appellati ſunt Principum ſatellites, quibus etiam rei interficiendi committebantur, ſicuti hodie carnificibus. Dicitur etiam* ſpeculator *a* ſpeculando. *Hinc Gloſſarii veteris auctor* Speculator ἐπόπτης, σκοπιωρός. *Julius Firmicus lib.* 8. *cap.* 26. Speculatores faciet, qui nudato gladio hominum amputant cervices.

סְפַר *Hebraice*. Numerare, annumerare, recenſere, narrare. Deut. 16. 9. *Apud Rabbinos ſi poſt* סָפַר *ſequatur* אַחְרֵי *fere in malam partem adhibetur, ut* כל המספר אחרי מיתתן של תלמידי חכמים נופל בגהנם Quicumque inſectatur, *vel* conviciatur diſcipulis Sapientum poſt obitum ipſorum, deſcendit in gehennam. *Sic* כל המספר אחרי המת כאילו מספר אחרי האבן Quicumque narrat

rat aliquid poſt mortuum (*h. e.* qui *de mortuo detrabit*) perinde eſt, ac ſi lapidem inſectaretur. *In Talmudis Tractatu* ברכות Berachòt *fol.* 19. *Pahel* סַפֵּר tondere, radere, abradere. Levit. 14. 9. Ezech. 44. 20. 2. Sam. 14. 26.

סְפַר, סִפְרָא Liber, libellus, epiſtola: litteræ, doctrina, eruditio. Eſth. 4. 15. 2. Reg. 22. 8. *Plur.* סִפְרִין, סִפְרַיָּא libri. Dan. 7. 10. Eſdr. 6. 1.

סָפֵר, סָפְרָא, סָפְרָא Scriba, Cancellarius, Legiſperitus. Eſdr. 7. 12. *Plur.* סָפְרִין, סָפְרַיָּא Scribæ. Iſa. 33. 18. Jerem. 26. 7. *Scribarum nomen vel Politicum, vel Eccleſiaſticum eſſe poteſt. Politice ſumptum ſignificat Notarios tum publicos, tum privatos, & apud Talmudiſtas* מְלַמְּדֵי תִּינוֹקוֹת puerorum magiſtros. *Eccleſiaſtice autem Scribarum nomine intelliguntur Critici ſacri, Prophetæ, publici Profeſſores, & Doctores, Legis Interpretes, & Expoſitores, ad quos ſpectabat populum docere, Tribuum genealogias aſſervare, Sacras litteras exponere, a corruptionibus vindicare, populo prælegere, & dubia, ac quæſtiones ex* תּוֹרַת מֹשֶׁה Lege Moyſis, & נְבִיאִים Prophetis *elicitas dirimere. Scribas autem Legem interpretatos fuiſſe, populum docuiſſe, & alia munera ſacra obiiſſe, ex multis* מִקְרָא Sacræ Scripturæ *locis colligitur. Sic Saphan* סוֹפֵר Scriba *lib.* 2. Reg. 22. 10. *dicitur librum Legis Joſiæ Regi expoſuiſſe. Sic Eſdras* סוֹפֵר מָהִיר Scriba celer *vocatus non ſolum populum Legis præceptis imbuit, ſed Sacras litteras, quæ in captivitate Babylonica maculas contraxerant, priſtino nitori, & integritati reſtituit. At Matth.* 7. *v.* 29. *de Chriſto legitur.* Ἦν διδάσκων αὐτοὺς ὡς ἐξουσίαν ἔχων, καὶ οὐχ ὡς οἱ γραμματεῖς. Erat docens ipſos ſicut poteſtatem habens, non ſicut Scribæ. *Joſeph Scaliger in Elencho Trihereſ. obſervat, D. Paulum verbis illis* 1. *ad Corinth.* 1. 20. Ποῦ σοφός; ubi Sapiens? ποῦ γραμματεύς? ubi Scriba? ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου; ubi conquiſitor hujus ſæculi? *ad tria genera Doctorum voluiſſe alludere, ſcilicet ad Sapientes, Scribas, & Prophetas, quos ipſe Chriſtus videtur ſejungere Matth.* 23. *Quidam a Legis promulgatione originem traxiſſe Scribas contendunt, neceſſitate exigente, ut eſſent, qui eam ſcriberent, & explicarent; alii Davidi Scribarum inſtitutionem tribuunt; alii cum Phariſæis natos Scribas volunt; alii D. Hieronymum ſecuti Scribarum patres* הלל Hillèlem, & שמאי Schammài *faciunt; alii veroſimilius ab Eſdra poſt captivitatem Babylonicam inventos fuiſſe Scribas arbitrantur, ut una cum ipſo Sacra volumina deſcriberent, & interpretarentur. Neque putes Scribarum nomen Sectam importare. Etenim Scribarum alii ex partibus Sadducæorum, alii Phariſæorum, alii Heſſæorum ſtabant, ipſorumque doctrinæ, & vivendi rationi erant addicti. Præterea quicunque Legis peritia, vel aliquo litteraturæ genere praſtabat, Scribæ nomine nuncupabatur. Ea porro auctoritate Scribæ pollebant, ut maximi in Judiciis eorum ſententia haberetur, & in jure dicendo cum Principibus Sacerdotum ſederent, quod patet ex Matthæi Evangelio cap.* 20. *v.* 18. *ubi Chriſtus Principibus Sacerdotum, & Scribis ſe tradendum prædicit. Non ſolum autem Hieroſolymis habitaſſe Scribas, ſed in omnibus locis, ubi Synagogæ erant, ex variis Sacræ Scripturæ locis confirmatur. Eorum veſtis ſimilis erat dalmaticis Presbyterorum apud Chriſtifideles. Pallio autem utebantur quatuor angulos habente, ex quibus globuli punica mala referentes pendebant, quemadmodum ex D. Epiphanio hæreſi decima quinta colligitur. In Templo, & in Synagoga populus a Scribis inſtruebatur. Locus vero omnibus docentibus, & diſcentibus Hieroſolymis aſſignatus erat area atrii Iſraelitarum, in cujus lateribus porticus erant conſtructæ ex marmore candido, & laquearibus cedrinis obtectæ recipiendis Iſraelitis, & ab injuria temporis defendendis. Porro frequentes huc conveniebant tribus Feſtis ſolemnibus viri eruditi, & ſimul commorabantur, ut inter ſe de locis Sacræ Scripturæ obſcuris conferrent, ac diſputarent.* Γραμματεῖς Scribas, & νομοδιδασκάλους, *ſeu* νομικοὺς Legiſperitos *pro iiſdem ſumi in N. T. eruitur ex Matth.* 22. 35. & *Marc.* 12. 28. *Qui enim a D. Matthæo appellatur* νομικὸς, Legiſperitus, *a D. Marco dicitur* εἷς τῶν γραμματέων, unus

Scribarum. *Sunt tamen nonnulli Auctores, qui diſcrimen ponunt inter* νομικοὺς, *&* τοὺς γραμματεῖς *Sacrarum litterarum auctoritate innixi. Lucæ enim cap.* 11. 45. *cum Chriſtus acriter Scribas, & Phariſæos increparet, dicitur quidam* νομικῶν Legis Interpretum *interceſſiſſe:* Διδάσκαλε, ταῦτα λέγων καὶ ἡμᾶς ὑβρίζεις. Magiſter, cum hæc dicis, etiam nos afficis injuria, *cui Chriſtus reſpondit:* καὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς οὐαί: væ vobis quoque Legis Interpretibus. *Camero in notis ad cap.* 22. *Matthæi ſentit,* γραμματεῖς Scribas *fuiſſe Legis Interpretes, qui publice in Synagogis Legem exponebant;* νομικοὺς *vero eos fuiſſe, qui ab Hebræis* חכמים Sapientes *vocantur, quorum erat Legem quidem interpretari, ſed privatim.*

סַפְּרָנָא Idem. Eſth. 5. 11.

סַפָּרָא Tonſor. Eſth. 6. 12. *in Targum ſecundo.*

מַסְפַּר Novacula, forfex *tonſoria, vel ſartoria.* Numer. 6. 5. & 8. 7.

סְפַר Littus, portus. Joſ. 9. 1.

סַפִּיר Sapphirus, *lapis pretioſus.* Exod. 28. 18.

אַסְפּוּר Idem. Cant. 5. 14.

אַסְפַּרְנָא Cito, celeriter, feſtinanter. Eſdræ 5. 8. & 6. 8.

סַק, סַקָּא Saccus. Amos 8. 10. Pſal. 35. 13. *Plur.* סַקִּין ſacci. Geneſ. 42. 25.

סַקָּאָה Rubigo, ſideratio. *Aliis locuſtæ ſpecies.* Deuter. 28. 42. *Hebraice* צְלָצַל.

סקל סקול *citatur ab Elia ex* Gen. 42. 4. *pro Hebræo* אָסוֹן mors, exitium *ex Targum Hieroſolymitano. Legitur autem in Jonathane* סְקוֹל Levit. 10. 19. *& ſignificat* offendiculum.

סקף *Ithpahel* אִסְתַּקַּף, *vel ex Ithpehal* אִסְתְּקַף occaſionem, cauſſam dare, præbere, quærere, anſam præbere. Numer. 5. 15. murmurare. Numer. 11. 1. irruere. Thren. 1. 12.

תּוּסְקְפָא Occaſio, cauſſa. Judic. 14. 4. *Ex plurali legitur* תּוּסְקְפָתָא *pro* תּוּסְקְפְתָא *in Venetis.* Job 37. 12.

תַּסְקוּפֵי, תַּסְקוּפִין Cauſſæ, occaſiones. Ezech. 24. 12.

סְקוּפָא, סְקוּפָא, סְקוּפְתָא Poſtis, limen, trabs. *Conſtr.* סְקוּפַת Ezech. 9. 3. *Plur.* סְקוּפָתָא, סְקוּפָן poſtes, limina. *Maſc.* סְקוּפַיָּא trabes. 2. Reg. 18. 16.

אַסְקוּפָא Idem. *Plur.* אַסְקוּפָן poſtes, limina.

סְכַר Intueri, contueri, conſpicari, conſpicere, aſpicere. Job 28. 7. ducere, regere, gubernare. Deut. 8. 5.

סִיקוּרְיָא, סִיקוּרָא Securis. Deut. 19. 5.

סְרָא, סְרָה, סְרִי Fœtere. Exod. 7. 21. Cant. 2. 12. *Aphel* אַסְרֵי fœtidum reddere. Eccleſ. 10. 1.

סְרֵי, סְרִי Fœtens, fœtidum.

סְרוּת Fœtor. Amos 4. 10.

סַרְיוּתָא Idem. Numer. 11. 20. *in Jonathane.*

סִרְיָא Lorica. Exod. 28. 32. *in Targum Hieroſolymitano.*

סִרְיָן Idem. *Plur.* סִרְיָנִין, סִרְיָנַיָּא loricæ. Jerem. 46. 4.

סְרַב Abnuere, renuere, nolle, repugnare, refragari, rebellare. Numer. 22. 14. pervertere, ſubvertere. Thren. 3. 11. *Pahel* סָרֵב idem.

סַרְבָּן, סַרְבָּנָא Rebellis, pertinax, contumax. Ezech. 2. 5. & 8. *Plur.* סַרְבָּנִין,

re-

סַרְבָנַיָּא rebelles, contumaces. Pſal. 68. 19. *Fœm.* סַרְבָנִיתָא contumax. 1. Sam. 20. 30.

מְסָרְבָן Idem. Iſa. 65. 2.

סַרְבָנוּתָא Rebellio, contumacia. Eccleſ. 8. 1.

סְרַבֵּל Tegere, obtegere, operire. Nah. 2. 3.

סְרַבֵּל, סַרְבְּלָא Chlamys, pallium. Eſth. 3. 15. *Plur.* סַרְבָּלֵי, סַרְבָּלִין chlamydes, pallia. *Aliis* femoralia. Dan. 3. 21.

סְרַבֵּק Fucare, ſtibio illinere. Iſa. 3. 16.

סרג, סְרִיג Implexum, perplexum, intricatum; rete, reticulum, ſagena; opus implexum, perplexum inſtar retis. Job 19. 6. *Plur.* סְרִיגִין. Job 14. 5. *Fœmin.* סְרִיגְתָא 1. Reg. 7. 18.

סְרִיגָא Idem. *Plur.* סְרִיגָן. *Emphat.* סְרִיגָתָא retia. 1. Reg. 7. 42.

סְרִיגוּ, סְרִיגוּת Perplexum, perplexitas. 1. Reg. 7. 17.

מְסַרְגַל Rotundum. Exod. 16. 14. *in Targum Jonathanis.*

סרד, סַרְדָּא Cribrum. Exod. 27. 4. & 35. 16. *Hebraice* מִכְבָּר.

סְרָדִין Cortinæ, vela, tapetes ocellati. Exod. 27. 9.

סְרָדִיתָא Expulſio. *Aliis* trepidatio; *aliis* cribrum. Geneſ. 36. 29.

סרה סְרַהֵב Feſtinare, properare, urgere, accelerare. Eſth. 8. 8.

Ithpahel אִסְתַּרְהֵב Idem. Prov. 12. 19.

סַרְהוֹבְיָא, סַרְהוֹבָא Feſtinatio, acceleratio. Pſal. 144. 15. *Adverbialiter cum* ב, cito, feſtinanter, velociter. Pſal. 31. 3. & 55. 15.

מְסַרְהֵב Feſtinus, velox, citus. *Plur.* מְסַרְהֲבֵי, מְסַרְהֲבִין feſtinantes, veloces. *Aliis* rebelles. Pſal. 66. 7. *Juxta hanc ſignificationem idem eſt, ac* מְסָרְבִין.

בִּסְרְהָבָאִית Cito, velociter. Prov. 25. 8.

סוּרְהָבָן Rebellis, contumax, pertinax. Deut. 21. 18. *Plur.* סַרְהֲבָנִין rebelles, contumaces. Geneſ. 26. 35.

סרח Inique, male, perverſe agere, peccare. 2. Sam. 24. 17. fœtere. Jerem. 49. 7. ſuperfluum eſſe, redundare. Exod. 26. 12. rebellare.

סְרִיחַ, סְרוּחַ Redundans, ſuperfluum. Exod. 26. 13. fœtidum, putridum. Job 41. 18. *Fœm.* סְרִיחָה ſuperflua: putrida.

סִרְחָא Redundantia. Exod. 26. 12.

סְרוּחָא Fœtor. Joel. 2. 20.

סוּרְחָן, סוּרְחָנָא Iniquitas, perverſitas, peccatum. Geneſ. 39. 23.

סוּרְחָנוּת, סָרְחָנוּת Idem. Levit. 10. 17.

סרט *Pahel.* Lineas ducere, ſignare, deſignare. 1. Sam. 21. 13.

סְרָטָא, אִסְרָטָא, סְרָטְיָא Via, ſemita. *Plur.* סְרָטִין, סְרָטָתָא viæ, ſemitæ. Geneſ. 42. 6. *in Jonathane.*

סרך Pervertere, evertere, ſubvertere. Thren. 3. 11. *Pahel Infinitivus* לְסָרְכָא ad pervertendum. Thren. 3. 25.

סְרִיךְ Perverſum, perplexum. Eccleſ. 10. 3. *Fœm.* סְרִיכְתָא, סְרִיכָא perverſa, perplexa. *Plur.* סְרִיכָן perverſæ. *In Venetiis* סְרִיבָן Eccleſ. 1. 15.

סְרוּךְ Perverſitas. Thren. 3. 59.

Epar-

Digitized by Google

סַרְכָא, סָרְכָא Eparchus, exarchus, princeps, moderator, gubernator, præfectus. Prov. 6. 7. *Plur.* סָרְכַיָא, סָרְכִין præfecti. Deut. 1. 15. Dan. 6. 3. *Conſtr.* סָרְכֵי eparchi. Dan. 6. 7.

סַרְכָן Idem. Eſth. 8. 2. Geneſ. 41. 41. *in Jonathane.*

סרם סַרְמִיסִים, סַרְמִיטִים Homines viles, ſordidi, pannis laceris, & abjectis ſimiles. *Sunt voces peregrinæ duabus Latinis non valde diſſimiles,* Sarmentitius, *vel* Sarmentarius, *&* Semiſſarius. *Hinc Cælius Rhodiginus lib.* 30. Antiq. Lect. cap. 21. Illud vero auctarium fuerit, infectatione eadem ab importunis hominibus Chriſti cultores Semiſſios nuncupatos, & Sarmentarios, de lethi genere, quod ad affis dimidii ſtipites deſtinati, ſuperjectis, accumulatiſque ſarmentitiis faſcibus, concremari conſueſſent. Semiſſes vero dici homunciones, palam eſt vel imperitioribus.

סרן סַרְנֵק Suffocare, ſtrangulare: obſtruere, obturare. *Idem ac* שַׁנֵּק. Pſal. 63. 12.

סַרְנוּקָא Suffocatio. Pſal. 68. 21.

סָרֵם *Pahel.* Caſtrare: evellere, eradicare: pervertere. Levit. 22. 24. *Participium* מְסָרֵם caſtratus. Deut. 23. 2. *in Jonathane. Ithpehal* אִסְתָּרַם caſtrari. Geneſ. 39. 1. *in Jonathane.*

סרף סָרָפִין, סָרָפַיָא, Seraphim, *Angeli miniſterii, ita dicti, quaſi Igniti, & Flammei a* שָׂרַף. Zach. 3. 7. Ezech. 1. 8.

סָרַק Pectere. *In Targum* פָּלְחֵי כִתָּנָא דִסְרִיקִין operantes lina pectinata. Iſa. 19. 9.

סְרִיק Vanus, vacuus, inanis: nauci, teruntii, nihili, nequam. *Plur.* סְרִיקִין inanes. *Fœm.* סְרִיקְתָא, סְרִיקָא vana, vacua. *Plur.* סְרִיקָן, סְרִיקָתָא inanes, vacuæ.

סְרָקָא, סַרְקָא, סָרֵק Vacuitas, vanitas, inanitas, ſterilitas. Geneſ. 49. 22. *in Jonathane.*

סְרִיקָא Idem. Pſal. 107. 9.

סְרִיקוּתָא Idem. Pſal. 2. 1. *Cum* ל *præpoſito,* לִסְרִיקוּתָא fruſtra, incaſſum, inaniter, gratis. Job 39. 16.

סַרְקָאָה Saracenus, Iſmaelita, Arabs. *Hodie* Turcæ *appellantur. Plur.* סַרְקָיִין Saraceni. Geneſ. 37. 25. *In Venetis male punctatum eſt* סְרַקְיִין.

סרת מַסְרֵת מַסְרֵיתָא Sartago, patella. Levit. 6. 14. 2. Sam. 13. 9.

סַרְתָא *Vide in* סער.

סתה סִתְוָא, סְתָו Hyems. Geneſ. 8. 2. Cant. 2. 1. *Tritum apud Rabbinos* שִׁלְהֵי דְסִתְוָא קָשֶׁה מִסִּתְוָא Finis hyemis gravior eſt ipſa hyeme, *cum ultimum hyemis frigus majorem moleſtiam, majuſque incommodum hominibus afferat, quam frigus ſummum, quod in media hyeme ſævit, cujuſque vim ſuſtinere ægre poſſunt.*

מִסְתְּיָא *Vide in* מסא.

סְתַם Claudere, occludere, obſignare, obturare. 2. Reg. 3. 19. *Ithpahel* אִסְתְּתַם claudi, occludi, obſignari. Thren. 3. 8.

Digitized by Google

סְתִים Clauſum, abſconditum, occultum. *Plur. emphat.* סְתִימַיָּא abſcondita, occulta. Geneſ. 49. 1. *in Jonathane.*

סְתַר Latere, abſcondere ſe. Jerem. 16. 17. demoliri, diruere. *Pabel* סַתֵּר Idem. *Ithpabel* אִסְתַּתַּר abſcondi. Eccleſ. 7. 14. *Apud Grammaticos Hebræos* Pronomina tertiæ perſonæ *dicuntur* נִסְתָּרִים *ex eo, quod in iis verum nomen latet. Sic* נִסְתָּר *eſt* Tertia perſona, *quia illa nobis occulta, & abſcondita eſt, cum abſit.* לא יורה רק כנוי לנסתר Non ſignificat niſi Pronomen abſconditi. *Etenim non nominatur, ſed ſub Pronomine abſcondita latet.*

סִתְרָא, סֵתֶר Secretum, arcanum, abſconditum, latibulum. Deut. 27. 15. *Plur. ex alia forma* סִתְירָתָא arcana. Eſth. 9. 14. *in Targum ſecundo. A Rabbinis* pudenda *dicuntur* בֵּית הַסְּתָרִים locus ſecretorum, *quia natura voluit eam partem eſſe abſconditam, occultam, ſecretam, & latentem.* בֵּית הַסְּתָרִים הָאִשָּׁה pudendum mulieris.

DICTIONES EX RABBINIS.

ס' *Abbreviatura. Idem ac* סְתוּמָה Clauſum, Sectio clauſa. *Ut clarius intelligant Hebraicæ Linguæ ſtudioſi ea, quæ in libris Moyſis, vel Pentateucho, ſive Lege annotantur, cujus Judæi ſamper zelotypi impenſe ſuerunt, non erit inutile hoc in loco nonnulla de* פָּרָשִׁיּוֹת Paraſchis, *ſive* Sectionibus *ob oculos ponere, in quas totum Pentateuchum, vel Legem diſtribuerunt. Itaque dictio hæc* פָּרָשָׁה *a Lingua Hebræa originem trahit, idemque eſt, ac Sectio,* pars ſeparata, & disjuncta Textus ſacri, *quam ſingulis Sabbatis Hebræi ab antiquis temporibus in ſuis Synagogis legunt. Alio nomine eamdem vulgo vocant* סֶדֶר, *&* Chaldaica *voce* סִדְרָא Ordo, pars ordinata. *Sectionem hanc in Textu tres litteræ* פ *majuſculæ indicant, aliquando etiam tres* ס *pariter majuſculæ. Hæc autem inter* פ, *&* ס *differentia intercedit, quod per* פ *deſignatur* פָּרָשָׁה פְּתוּחָה Sectio aperta, *per* ס *vero* פָּרָשָׁה סְתוּמָה Sectio clauſa. *Ideo autem Hebræi appellant* פָּרָשָׁה Sectionem פְּתוּחָה apertam, *quia a linea aperta initium ducit;* סְתוּמָה *vero* clauſam, *quia ex utraque parte eadem linea concluditur. Sectiones minores apertæ deſignantur per litteram* פ *minorem in eo loco poſitam, quemadmodum clauſæ per* ס *minorem. Id tamen hodierna præſertim die a Typographis rerum Hebraicarum non admodum accurate obſervatur. In Pentateucho porro una* Sectio major *reperitur, quæ per unicam litteram* ס *minorem eſt indicata, quæ eſt Sectio ultima libri primi a Moyſe exarati, ſive Geneſeos, incipiens* וַיְחִי יַעֲקֹב Et vixit Jacob. Geneſ. 47. 28. *de qua digladiantur inter ſe Rabbini, cur* סְתוּמָה clauſa *ſit, neque reliquarum inſtar diſtincta. Cum autem multas invicem rationes afferant, aliique alio inclinent, opiniones ſuas eos ſibi habere libenter patimur, præſertim cum plures ex iis ſuperſtitionem, fabulaſque Rabbinicas ſapiant. Cæterum ab iis, qui Sectionem ultimam libri Geneſeos excludunt,* פָּרָשִׁיּוֹת Sectiones *quinquaginta tres numerantur, a reliquis quinquaginta quatuor, qui duas Sectiones breviores uno Sabbato conjunctas legunt, ut toti Pentateucho, ſive Legi a Moyſe exaratæ ſpatio unius anni finis imponatur. Ultimo die Feſti Tabernaculorum lectionem* תּוֹרָה, *vel* חוּמָשׁ *abſolvunt cum* in-

Digitized by Google

ingenti lætitia, lauto prandio, variiſque ritibus, ac propterea diem illum vocant שִׂמְחַת תּוֹרָה Lætitiæ Legis, *proximoque Sabbato dicto* שַׁבַּת בְּרֵאשִׁית *primam Legis Sectionem a* בְּרֵאשִׁית *incipientem legunt, Legemque abſolventes ei ſubjiciunt ſtatim Sectionem primam, ut non tam læti de abſoluta Lege eſſe videantur, quam ut etiam alacritatem, gaudiumque ſuum expromant, ac palam teſtentur de eadem novo ſtudio repetenda.*

Præterea Abbreviatura ס *ſignificat* ſignum. *Inſuper* סֵפֶר, *cum de pluribus libris eamdem materiam complectentibus mentio fit, quos tamen potius ſolent appellare* חֲלָקִים partes.

סא *Abbreviatura. Idem ac* סֵפֶר אַחֵר Liber alius. בסא In libro alio. *Pluraliter* סְפָרִים אֲחֵרִים Libri alii. *Adhibetur quoties aliorum librorum lectio in teſtimonium adducitur. Cum* ו *copula* ובסא Et in libris aliis. 2. סִימָן אַחֵר Signum aliud. *Maſorethis frequens.* 3. סִבָּה אַחַת Cauſſa prima. *Ubi* א *eſt littera numerum indicans, &* ס״ב cauſſa ſecunda.

סאא *Abbreviatura. Idem ac* סְפָרִים אֲחֵרִים אֵינוֹ Libri alii id non habent. *Cum* ב *ſervili,* בסאא In libris aliis illud non eſt. *A Criticis ſæpe uſurpatam invenies.*

סִבֵּב Circuire, ambire, circumdare: cauſſam præbere, in cauſſa eſſe. סִיבֵב In orbem moveri, agi. סְבִיבָה Circumactio in orbem, motus circularis. סִבָּה cauſſa. סִבַּת הַסִּבּוֹת Cauſſa cauſſarum. *Sic Deus per periphraſim a Rabbinis appellatur. Quatuor cauſſæ ita vocantur a Philoſophis Rabbinis.* סִבָּה חוֹמְרִית Cauſa materialis: צוּרִית formalis: פּוֹעֶלֶת efficiens: תַּכְלִית finalis. מְסִבָּה Ambitus, circuitus: cochlea. סְבִיבִי circularis. סוּבִּין, סֻבִּין Furfures, *purgamentum farinæ craſſius, ita dicti, quia in molendino agitantur, & circumaguntur.* סִבּוּב Circuitio: vertigo. מְסוּבָּב Cauſatum, effectus. *Hinc* בְּסוּר הַסִּבָּה יָסוּר הַמְסוּבָּב Sublata cauſa, tollitur effectus.

סַמְבַּטְיוֹן, סָבַטְיוֹן, סַבָּטוֹן, סַבַּטְיוֹן, סבט, סַנְבַּטְיוֹן Sabbatjon, *vel* Sambatjon, *vel* Sanbatjon. *Fluvii nomen, de quo multa fabulantur Rabbini, ajuntque ultra eum decem Tribus Iſraelitarum ad hanc diem detineri, ibique ampliſſimum Regnum obtinere. Huic fluvio nomen a voce Hebraica* שַׁבָּת Sabbatum *inditum ex eo volunt, quod celerrimo, ac velociſſimo curſu ſex hebdomadæ diebus ingentes lapides ſecum trahens, quibus tranſitus ad ulteriorem ripam prohibetur, feratur, die autem Sabbati placide, ac leniter fluat. Hanc autem ob cauſſam neminem unquam Judæum illum adhuc prætergreſſum eſſe, ne præceptum Sabbati ſervandi violaret, quo Judæis vetitum quidquam agere. Apage nugas. R. Moſes Majemonides aſſerit, fluvium hunc Sabbatjonem eumdem eſſe, ac* גּוֹזָן Gozan, *de quo mentio fit lib. 2. Reg. cap.* 17. 6. Anno autem nono Oſee cepit Rex Aſſyriorum Samariam, & tranſtulit Iſrael in Aſſyrios, poſuitque eos in Hala, & in Habor juxta fluvium *Gozan*, in Civitatibus Medorum. *De hoc fluvio Sabbatjone Auctores varii mentionem facientes varia tradiderunt. In* בְּרֵאשִׁית רַבָּא *Bereſchìt rabbà ſect. 73. habetur.* לא למקום שגלו עשרת השבטים גלה שבט יהודה ובנימין : עשרת השבטים גלו לפנים מן נהר סמבטיון

שבט יהודה ובנימין מפוזרים בכל הארצות *h. e.* Non ad locum, in quem deportatæ ſunt decem Tribus, deportata quoque eſt Tribus Juda, & Benjamin. Decem Tribus deportatæ ſunt antea ultra fluvium Sambatjonem, Tribus Juda, & Benjamin diſperſæ ſunt in omnes terras. *Sic R. Salomon Jarchì Iſaiæ verba* cap. 27. 13. qui ejecti erant in terra Ægypti *exponens ait* לפי שנפוצו מארץ רחוקה לפנים מן הנהר סמבטיון קראם אובדים *h. e.* Eo quod diſperſi fuerunt olim ex terra longinqua ultra fluvium Sambatjonem, vocat eos perditos. *In Talmude Hieroſolymitano Tractatu Sanhedrìn cap.* 10. *circa finem*. In tria exilia Iſraelitæ miſſi ſunt אחת לפנים מנהר סנבטיון primo ultra fluvium Sambatjonem; deinde in Daphnem Antiochiæ; tertio, quando nubes ſuper ipſos deſcendens texit eos. *R. Gedaljàh nonnulla etiam addit ad fluvium Sambatjonem pertinentia in libro* שלשלת *inſcripto fol.* 37. *editionis Venetæ, Cracovienſis autem fol.* 36. *Hæc ſunt ejus verba*. באותה הלילה היה רעש גדול ובבוקר ראו חיל גדול והשיב האל סביבם נהר שגולל אבנים וחול במקום שלא היה שם נהר מעולם ועדין גולל אבנים וחול בלי מים ברעש וקולות שאילו היה שם אפילו הר של ברזל היה מנפצו: וזה בכל ימי חול ובשבת נח ולזה נקרא נהר שבתיון ויש מקומות באותו הנהר שהוא רחב ס אמה ולכן אינם יכולים לבוא אלינו ולא אנו אליהם וכו *Hoc eſt*. In ea nocte fuit terræ motus maximus, & mane facto conſpexerunt (*Decem Tribus, ſive Iſraelitæ*) exercitum magnum. Sed Deus adduxit circa eos fluvium volventem lapides, & arenam, in loco, ubi antea non fuerat fluvius umquam, & uſque adhuc volvit lapides, & arenam ſine aqua, per terræ motum ſolummodo, & ſtrepitum maximum, ita ut ſi eſſent ibi etiam montes ferrei, diſpergerent eos. Id vero omnibus diebus profanis accidit; ſed in Sabbato quieſcit; unde vocatur fluvius Sabbaticus. Quibuſdam locis latus eſt fluvius iſte ſexaginta cubitos. Qua de cauſa ipſi nequeunt venire ad nos, neque nos accedere ad ipſos poſſumus. *Quis ſanæ mentis non videt, narrationem hanc puram putamque fabulam redolere? Alii etiam Regionem, quam fluvius iſte interfluit, temere aſſignare non dubitant. Audi ex iis R. Abraham in libro* יוחסין Juchasìn f. 155. *qui liber genealogicus eſt, hiſtoriamque Sacram, & Judaicam a Mundi initio ad annum Chriſti* 1500. *proponit. Cracoviæ editus eſt* 1580. *in* 4. ונהר סמבטיון למעלה בקליקוט מוצאו ומפסיק בין האינדיאני ההם וכו *h. e.* Fluvius autem Sabbaticus ſupra Calicut oritur, & deſinit inter Indianos iſtos &c. *Hæc ex Judæis. Inter Latinos autem Plinius* lib. 31. cap. In Judæa rivus Sabbatis omnibus ſiccatur. *Licet autem ejus nomen non indicet, procul dubio ille idem fluvius eſt, de quo Judæi hæc fabulantur. Agricola vero de eorum natura, quæ ex terra fluunt, lib.* 3. *inquit*. Quidam fluvii ad aliquod tempus ceſſant, deinde rurſus fluunt, ut Symethus in Sicilia, qui per Catanam fluit, & amnis, qui medius inter Arcæam, & Raphanæam Syriæ urbes curſum tenet, modo, ut auctor Joſephus, pleno defertur alveo, repente deficit, & ſex diebus continuis ſiccum tranſituro præbet alveum. Septimo die iterum exortus abundat aquis, atque ex eo die, ſacro Judææ gentis, Sabbaticus nominatur. *Hi, & alii Auctores hæc ex Joſephi hiſtoria hauſiſſe videntur, nimirum ex lib.* 7. *De bello Judaico cap.* 24. *Verumtamen, ut quilibet videt, ſibi non conveniunt, atque adeo invicem adverſantur. Joſephi auctoritas hac in re tanti eſſe non debet, ut in ejus gratiam veritatem deferamus, præſertim cum Joſephus admodum ſuſpectus ſit, tum quia gente Judæus, tum quia cætera Græcus, & in ejus libris fere reperiatur* quidquid Græcia mendax audet in Hiſtoria, & madidis cantat quæ

Digitized by Google

Soſtratus alis. *Certe ego non ita facile quæ a Joſepho narrantur, ſine diſcrimine omnia mihi perſuadeo, cum ſim, ut ille ait,* paulo infirmior, unus multorum. *Quid igitur Judæi reſpondebunt objicientibus, eos ſaltem miniſterio Chriſtianorum uti poſſe ad trajiciendum flumen die Sabbati leniter fluens, & per eos tamquam tabellarios a Contribulibus ſuis litteras accipere? Cur autem nautæ, & mercatores totum terrarum Orbem, mariaque omnia ſæpe prætergreſſi numquam de hoc flumine, aut Regno Judæorum mentionem faciunt? Non alibi ſane hujuſmodi Regnum invenies, niſi forte in Thomæ Mori Utopia, aut in fabuloſo Coſaræorum Regno a Buxtorphio rejecto, aut verius in nugaciſſimo Rabbinorum cerebro, qui imperitæ plebeculæ multa hujuſmodi in ſuis Libris & Concionibus ſolent obtrudere, ut ſe, ſuoſque in miſero, & diuturno exilio ſolentur.*

סָבַל Bajulare, ferre, portare. סַבָּל, סַבְּלָן Bajulus. סַבְלוֹנוֹת Paraphernalia, *ſponſi dona ſponſæ & ſocero altero nuptiarum die offerri ſolita, novam amicitiam indicantia, ita dicta, quia hinc inde portantur, & transferuntur. Gloſſa R. Salomonis ad cap. 9.* בָּבָא בַתְרָא, *Bavà Batbrà in Miſnà de his donis hæc habet.* Conſuetudo ſponſorum eſt poſt deſponſationem per datam arrham, ut craſtino mane mittant domum ſoceri ſui in honorem uxoris (*ſponſæ*) ſuæ monilia, ſive ornamenta muliebria, ſpecies fructuum, vaſcula vini, aut olei &c.

סָבַר Exiſtimare, arbitrari, opinari: cogitare. סְבָרָה Opinio: cogitatio. סְבַר, סֵבֶר Aſpectus: ſpes, fiducia. סְבִיר אַפִּין Honorabilis, ſpectabilis. סָבוּר Perſuaſus, opinione imbutus. סָבוּר הָיִיתִי Opinatus ſum, putavi. סָבוּר אֲנִי Puto ego. שֶׁאַתָּה סָבוּר Ut tu putas. סְבוּרִים הָיוּ Putarunt, exiſtimarunt. סְבִיר Putans, exiſtimans, *ex forma Chaldaica. Plur.* סְבִירִין. *Maſorethæ hanc vocem ſæpe, paſſimque adhibent de dictionibus, quæ ex Textus convenientia, vel aliorum locorum collatione putantur primo intuitu aliter legendæ, quam ibi ſunt exaratæ. Vide Clavem Buxtorphii Maſorethicam cap.* 10. סְבָרָא, סְבָרָה Opinio, ſententia, conjectura. עַל דֶּרֶךְ הַסְּבָרָה Probabiliter. סְבוּרָאִים *Talmudici Doctores ita dicti, quia ipſorum ſcientia, & doctrina opinionibus, & diſputationibus tantum in utramque partem conſtabat. Pihal* סוֹבֵר *apud Talmudicos* venam ſecare. סִיבּוּרָא venæ ſectio.

ס״ג *Abbreviatura. Idem ac* סוֹף גְּמָרָא Finis Ghemarà: ב״סג In fine Ghemarà. 2. סוֹד גָּדוֹל Secretum magnum. 1. Sam. 3. 10. *in Maſora.*

ס״גל *Abbreviatura. Idem ac* סְגַן לְוִיָּה Antiſtes Leviticus. *Ejus uſus in titulis frequens. Olim* סְגַן Sagan, *qui etiam* סְגַן הַכֹּהֲנִים *vocabatur, Pontifici Maximo ſæpiſſime ſuccedebat. Judæi ajunt, eumdem etiam* מְמוּנֶּה Præfectum *vocari conſueviſſe, & operam ſuam Pontifici addixiſſe, cui dexter incedere ſolebat, omneſque reliquos Sacerdotes Sagani paruiſſe.*

סָגַל Lucrari, proprietatis jure acquirere, peculium facere, congregare, colligere ſubſtantiam.

מִסְגָּל Lucrum. סְגוּלָּה Proprietas, proprium, peculium, Proprium Logicum, conditio propria, ac peculiaris. שֵׁם סְגוּלָּה

No-

Nomen proprium.

סַנְגּוֹן סנן Argumentum, thema, propoſitum, ſtylus: ſignum, vexillum, ſymbolum.

ס״ר *Abbreviatura. Idem ac* סָלְקָא דַעְתָּךְ Aſcendit in mentem tuam? Putas ne? Eſt ne mens tua? *Sæpe littera* ק *præcedit, &* *ſeparatim* קָא. Quod ſi exiſtimes. Si forte putas. *Alioquin* קָא *fere eſt particula expletiva. Adhibent Talmudiſtæ, quoties per præoccupationem aliquid avertere volunt. Cum ſervili,* וּקסר. 2. סוֹף דָּבָר Finis rei: denique: poſtremo. 3. סַיַּעְתָּא דִשְׁמַיָּא Auxilio Dei. *Si ei præponas litteram ſervilem* ב *ſic ſcribitur,* בס״ד, *ſignificatque* cum auxilio Dei. *Apud Rabbinos Cælum pro Deo familiariſſimum eſt.*

ס״רא *Abbreviatura. Idem ac* סַלְקָא דַעְתָּךְ אָמֵינָא Aſcendit ne tibi in mentem quaſi dicam? putas ne me dicere? *Talmudiſtis uſitata.*

סָרָן Polus: incus. סְרָן הַצְּפוֹנִי Polus Borealis, Septemtrionalis, Arcticus. סְרָן הַדְּרוֹמִי Polus Meridionalis, Antarcticus. *Plur.* סְרָנִים Poli.

סָדַק Findere: סֶדֶק Fiſſura, ſciſſura, rima, pars abſciſſa. *Plur.* סְדָקִין & סִדְקִין fiſſuræ.

סִדֵּר Ordinare, dirigere: diſponere. סֵדֶר, סִדּוּר Ordo, ſeries, diſpoſitio, ordinatio: Schola, Academia, lectio, Paraſcà: acies. *Sex etiam partes Generales Talmudis dicuntur a Rabbinis* שִׁשָּׁה סְדָרִים *h. e.* ſex ordines, partes, diſpoſitiones Talmud. סוּדָר Sudarium, linteum, velum, velamen. סָדוּר Ordinatum. סִדְרָא Sectio Legis, Paraſcà. סִדְרָא רַבָּה Gymnaſium magnum. רֵאשׁ סִדְרָא Caput ordinis, *h. e.* Academiæ.

ס״ה *Abbreviatura. Idem ac* סַם הַמָּוֶת Venenum mortis, lethale. 2. סַךְ הַכֹּל Summa omnium, ſumma ſummarum.

ס״הב *Abbreviatura. Idem ac* סֵפֶר הַבָּהִיר. *Liber inſignis Kabbaliſticus, qui manu ſcriptus tantum inter Judæos circumfertur. De eo plura vide pag. 46. hujus Lexici.*

ס״הר *Abbreviatura. Idem ac* סוֹף הַדִּבּוּר Finis ſermonis, *vel* Textus hujus.

ס״הז *Abbreviatura. Idem ac* סֵפֶר הַזּוֹהַר Liber Zohar. *In Zohar Mantuano pag. 1. legitur* ובס״ה Et in libro Zohar *fine* ו *in fine. Liber Zohar eſt Commentarius plane Kabbaliſticus in quinque libros Moſis, de quo R. Gedalia auctor libri* שַׁלְשֶׁלֶת הַקַּבָּלָה *h. e.* Catenæ Kabbalæ *ſcriptum reliquit.* Scito R. Simeonem, & ejus filium R. Eliezarem nihil ſcripſiſſe de libro Zohar, qui hodie eſt in manibus noſtris, ſed diſcipuli ejus, ac diſcipuli diſcipulorum ipſorum ſcripſerunt eum in foliis multis, ſexaginta circiter annis poſt mortem ejus: וקבלתי על פה שזה החיבור הוא כל כך גדול הכמות שאם היה נמצא כלו יחד היה משאת גמל: *h. e.* Et accepi ore tenus, tantam fuiſſe molem hujus compoſitionis, ut, ſi conjuncta tota eſſet, vix camelus eam ferret. *Liber hic in multis doctrinæ in* גמרא Ghemarà *altera Talmudis parte traditæ plane adver-*

ſa-

ſatur. Præterea earum rerum Conſtitutiones, quæ in Ghemarà non ſunt expoſitæ, ac declaratæ, a Rabbinis tamquam authenticæ habentur, iiſque, ubi res, & neceſſitas poſtulat, veluti firmis, & inconcuſſis Juris principiis innituntur. Sentiunt Hebręi, librum hunc ante collectum Talmud conſcriptum fuiſſe, eoque eſſe admodum antiquiorem ex eo, quod in illo nuſquam Talmudis mentio fiat, nec ullus ex eodem locus in teſtimonium afferatur. Nihil eſſe mirum, eum tamdiu delituiſſe, cum ex libris Hebręis noſtris etiam temporibus nonnulli in lucem prodierint, qui longo tempore in Ægypto, aliiſque Orientis regionibus omnibus ignoti remanſerant. Tum Cremonę, tum Mantuę in folio editus eſt; Cremonę quidem anno 319. h. e. Chriſti Domini 1559; Mantuę vero 318. h. e. 1558. Editio Mantuana Scripturę locos non exhibet; Cremonenſis autem pręter illos Concordantias locorum Sacrę Scripturæ proponit, Lectorum commodo, & utilitati maximę inſervientes. Habet etiam alia, quę pręſtantiorem editionem reddunt, efficiuntque, ut ab Hebręis editio Cremonenſis editioni Mantuanę longe pręferatur.

Datur etiam alter Zohar *dictus vulgo apud Judęos* זֹהַר חָדָשׁ Zohar novus. *Cracovię editus eſt in quarto anno Chriſti 1603. Idem omnino ſtylus, & materia hujus eſt, ac* Zohar antiqui. *Huic addita ſunt ea omnia, quę in altero deſunt, ex antiquiſſimo exemplari manu ſcripto in pergameno deſumpta, ex terra Iſraelis in regiones noſtras importato. In eo reperitur tum* מִדְרַשׁ שִׁיר הַשִּׁירִים וְאֵיכָה, *in quo varia lectio annotata ex antiquo exemplari, tum* תקונים, *tum* מדרש הנעלם. *De punctis vocalibus, & accentibus multa habentur, quorum inventionem antiquiſſimam Rabbini faciunt, ipſiuſque Moſis tempori tribuunt, ſed mea ſententia perperam. Audi.* נקודי ותנועות קבלה למשה מסיני *h. e.* Puncta, & vocales acceptio ſunt Moſis de monte Sinai. תנועי דטעמי קיימו כולא על ידא דמשה *h. e.* Motiones accentuum firmatæ ſunt omnes per manus Moſis. לית קיימא ונהירו לכל אתוון בר מנהורי דנקודי וכלא אתמסר ברזא דאורייתא בסיני *h. e.* Non eſt ſubſiſtentia, aut lux ullis litteris ſine luce punctorum, & totum illud traditum eſt per ſecretum Legis in Sinai. *Non eſt hujus loci opinionem hanc rejicere, eamque falſam omnino eſſe, claris, & firmis rationibus oſtendere. Tertius etiam* זוהר Zohar *reperitur Conſtantinopoli impreſſus in* 4. זוהר הרקיע Splendor firmamenti *inſcriptus.*

סוב Seneſcere, conſeneſcere. סִיב, סִיבָא Senex. סִיבוּתָא, סִיבוּ Senectus. סָבָא, סָב Senex, ſenior. *Plur.* סָבִין ſenes. *Fœm.* סָבָן vetulæ. *Fœm. ſing.* סָבְתָא, סָבָא Matrona ſenex, vetula.

סוג Genus Logicum, prædicabile: סוג הַסוּגִים, *vel* סוג הָעֶלְיוֹן genus generum, genus generaliſſimum. *Hujuſmodi genera appellantur* מַאֲמָרוֹת Prædicamenta, *quę ſecundum Ariſtotelis ſententiam decem ſunt, videlicet* העצם Subſtantia, הכמה Quantitas, האיך, *vel* איכות Qualitas, הצטרפות, *vel* הסמיכות Relatio, המתי Quando, האנה Ubi, המצב Situs, לו Suum, *hoc eſt*, Habitus, שיפעל Quod operatur, Actio, שיתפעל Quod fit, Paſſio: הם כולם מקרים מסוג הכמות Omnia iſta ſunt Accidentia ex Genere Quantitatis. *Morè lib.* 1. *cap.* 57. סוג אֶמְצָעִי Genus ſubalternum. *Item* סוג Sepire: ordinare. סְיָג ſepes, ſepimentum, maceria. סוּגְיָה Ordo, uſus, conſuetudo.

סוּם, סַיֵּם Abſolvere, finire, complere. סִיּוּם finis, complementum, abſolutio.

Ma-

סִיוָן ,סִיון, Majus *menſis*.

סוּס Equus. *Plur. terminationis fœminine*. סוּסוֹת Equæ, & סוּסָן. *Emph.* סוּסְתָא. *Cum aff.* סוּסָתִי כְּסוּסָתָךְ Equi mei ſicut equi tui. *De equis ſeptem proprietates in Tractatu Talmudico* פְּסָחִים *Peſachim narrantur*. שִׁבְעָה דְּבָרִים נֶאֶמְרִים בְּסוּס *Septem res dicuntur de equo*. Amat bellum, amat ſcortationem, ſuperbum ſpiritum habet, ſomnum negligit, multum comedit, egerit parum, & equus albus bonus eſt in ſomno.

DE ABBREVIATURIS

IMPERFECTIS.

סוֹפֵי תֵיבוֹת Fines dictionum. *Hoc nomine appellantur apud Hebræos* Abbreviaturæ imperfectæ, *quæ in ultimis vocum litteris eliſis, & decurtatis exiſtunt. Quid vero ſint* Abbreviaturæ perfectæ, & imperfectæ *jam ſupra diximus pag. 29. Placet hic* Abbreviaturas imperfectas *omnes ſimul ſubjicere, ſicuti* perfectas *locis ſuis in ſingulis litteris accommodatas invenies*.

אונק׳ *pro* אוּנְקְלוֹס OnKelos, *qui eſt Paraphraſtes Chaldaicus in* תּוֹרָה Legem, *de quo vide Diſputationem noſtram huic Lexico præmiſſam*.

אפי׳ *pro* אֲפִילוּ Etiam. *Rabbinis frequens*.

בט׳ *pro* בְּטַעַם Cum accentu. *In uſu Maſoretbis*.

בפ׳ *pro* בְּפֶרֶק In Capite.

גו׳ *pro* גּוֹרֵס Legit.

גי׳ *pro* גִירְסָת Lectio. בגי׳ In lectione; cum lectione.

דכו׳ *pro* דִּכְוָתֵיהּ Quod ſicut illud ſimile ipſi.

וגו׳ *pro* וְגוֹמֵר Et cætera.

וכו׳ *pro* וְכוּלוֹ Et totum illud, *h. e.* & cætera. *Interdum apud Maſoretbas* וְכוּלְהוֹן Et omnia iſta.

חס׳ *pro* חָסֵר Defectivum. *In Maſora*.

יי *pro Nomine Tetragrammato* יְהוָה. *Scribitur aliquando* יי. *Priſci ſcripſerunt* יי *per tria* י *myſterii cauſſa, ut ipſi ajunt*.

ית׳ וית׳ *pro* יִתְבָּרֵךְ וְיִתְעַלֶּה Benedictum ſit, & exaltetur. *Subjicitur Dei nomini, quod ab Hebræis ſemper cum magna reverentia profertur. Crebro ei præponitur* ש׳, *ut* שית׳.

כנ׳ *vel* כנו׳ *b. e.* כְּגוֹן Sicut. *Idem ac Hebraicum* כְּמוֹ.

כל׳ *pro* כָּלְהוֹן *vel* כֻּלָּם Omnia iſta.

כלו׳ *pro* כְּלוֹמַר Secundum dicere: ac ſi diceret: verbi gratia. *Rabbinis frequens*.

כשא׳ *pro* כְּשֶׁאָמַר Quando, cum dicit. *A Rabbinis adbibetur*.

לד׳ *pro* לְדַעְתִּי Juxta ſententiam meam.

לפי׳ *pro* לְפִיכָךְ Idcirco. *Interdum pro* לְפֵירוּשׁ juxta expoſitionem.

pro

Digitized by Google

לוס pro לוֹמַר Dicere. *Eſt Infinitivus Verbi* לֵאמוֹר *apud Rabbinos pro Hebraico* אָמַר.

ליו pro לְיוֹנָתָן Secundum Jonathanem.

מגז *pro* מִגִּזְרָה A radice, *vel* themate. *Apud Grammaticos.*

מדינ *pro* מַדִּנְחָאֵי Orientales. *Maſorethis frequens.*

מיב לי *pro* מִיבָּעֵי לֵיהּ Quæritur ipſi. *In Talmude.*

מתני *pro* מַתְנִיתָא Traditio, doctrina. *In Talmude.*

סבי *pro* סְבִירִין Exiſtimantur. *In Maſora.*

סי *pro* סִימָן σημεῖον, Signum, Caput libri. *Apud Rabbinos.*

פי *pro* פֵּירוּשׁ Expoſitio, *vel* פָּרֵשׁ Explicat. *Rabbinis frequens.*

שי *pro* שֶׁיִּחְיֶה Qui vivat, *vel* שֶׁיִּחְיוּ Qui vivant, *vel* שֶׁיִּתְבָּרֵךְ Quod benedictum ſit. *Prius viventis nomini ſubjiciunt; poſterius autem Dei nomini, tuncque ſolet fini addi* ת, *ut* שית.

שנ *pro* שֶׁנֶּאֱמַר Quod dicitur; ſicuti dicitur, *nimirum* in Sacra Scriptura. *Ejus uſus in citandis locis Sacræ Scripturæ.*

שת *pro* שֶׁתִּחְיֶה Quæ vivat. *In Epiſtolis familiaribus fœminæ viventis nomini ſubjicitur.*

תו *pro* תּוּב Præterea, amplius, porro. *Idem eſt, ac Hebraicum* עוֹד.

תני *pro* תִּנְיָן, *vel* תִּנְיָנָא Secundum, alterum. *Apud Hebræos dicitur* שֵׁנִי, *vel* שֵׁנִית.

Ex his Abbreviaturis Lector prudens de ſimilibus judicium feret.

E DIVERTICULO IN VIAM REDEAMUS.

סור *Hiphil* הֵסִיר Auferre; ſubtrahere *apud Arithmeticos.* הֲסָרָה Subtractio *Arithmeticæ numerationis ſpecies.* תּוֹסֶפֶת Additio, *in Arithmeticis.*

סח *Abbreviatura. Idem ac* סַם חַיִּים Aroma vitæ, ſalutare.

סָחַט Exprimere ſuccum, *aut* humorem. סְחִיטָה Expreſſio. *Aliis* torcular, prælum.

סָטַן Adverſari; odiſſe. סָטָן Adverſarius, Satan, ſpiritus malignus. *Nomen* הַסָּטָן Satanas *Cabbaliſtice apud Rabbinos numerorum ratione habita valet* 364. *ut indicent, ſpatio dierum* 364. *poteſtatem eſſe Satanæ* לְאַסְטוּנֵי *adverſandi Judæis, eoſque accuſandi;* והיומא דכפורין לית ליה רשות לאסטוני *at in die Feſto* Kippurim, *videlicet* Propitiationis *non eſſe ipſi facultatem accuſandi. Sic habetur in Tractatu* יוֹמָא *Jomà, & in* מִדְרַשׁ תְּהִלִּים *Medràs Tehillim Pſal.* 27.

סָטַר Demoliri, deſtruere: alapam impingere. סִטְרָא, סְטַר Latus, eris, ora, extremitas, finis. בִּסְטַר In latere, juxta, prope. *Plur.* סִטְרִין latera. *Conſtr.* סִטְרֵי extremitas. *Cum aff.* עַל סִטְרֵיהוֹן Ad latera eorum.

סי *Abbreviatura. Idem ac* סֵפֶר יְצִירָה Liber creationis: *Inter libros Kabbaliſticos* omnium

Digitized by Google

omnium celeberrimus eſt, tribuiturque Abrahamo Patriarchæ tamquam auctori. Mantuæ editus eſt anno 322. videlicet Chriſti 1562. *in 4. cum Commentariis R. Abram Ben Dior, R. Moſis Ben Nachman, R. Moſcè* בוטרילו *Butrillo, R. Saadiæ Gaòn, & R. Elièſer* מגרמישא. 2. סֵפֶר יָשָׁן Liber antiquus. *Si ei præponatur* ב, *ut* בסי *ſignificabit* in libro antiquo.

סַיַּע Juvare, opitulari, auxiliari, opem ferre. סִיַּעְתָּא, סִיעָא Auxilium. סִיּוּעַ Idem. בְּסִיַּעְתָּא דִשְׁמַיָּא Auxilio Cœlorum, *h. e.* Dei.

סַיִף Gladius, ſica, enſis. *Plur.* סַיָּפִים gladii.

סַךְ Summa, numerus conſummatus: סַךְ הַכֹּל Summa numeri: סַךְ הַחֶשְׁבּוֹן Summa ſummarum; סַךְ הַמָּעוֹת Summa pecuniæ. סַךְ הַדִּינָרִין Summa denariorum.

סֻכּוֹת Tugurium, tabernaculum. *Rabbini præter ritus ex præcepto Dei feſtis diebus* סֻכּוֹת Tabernaculorum *peragendos, alios ex arbitrio excogitarunt, inter quos præcipuus eſt* נִיסּוּךְ הַמַּיִם libamen aquæ, *non ſolum die ſeptimo hujus Feſti, ſed etiam octavo effundendæ. Amphora, qua Sacerdos utebatur, tres* לֻגִּים logos, *ſive* ſextarios *continebat, per clivum medium acceſſus ad* מִזְבֵּחַ Altare *fiebat, & ad ſiniſtram Altaris in foramen, vel ſimpulum tempore* נֶסֶךְ תָּמִיד libaminis Sacrificii Jugis *aqua erat ſpargenda. Cum autem ritus hic nulla Lege præciperetur, diſpliceretque Sacerdoti Sadducæo, ipſe aquam non in ſimpula, ſed ad pedes ſuos effundere vafre conabatur. At id ne contingeret, populus poſtremis temporibus clamare conſueverat* הַגְבַּה יָדֶיךָ attolle manus tuas, שֶׁנִּרְאֶה אִם תִּתֵּן מַיִם בַּסֵּפֶל ut videamus, an aquam infundas ſimpulo: *Quod ſi tamen populum verſutia ſua decepiſſet,* בְּאֶתְרוֹגִים malis citreis *ab eo ſimul collecto petebatur, cornuque Altaris frangebatur. Licet autem in Lege nihil de hoc ritu habeatur, volunt tamen Rabbini ipſi Moſi a Deo traditum fuiſſe, verbiſque illis Iſaiæ* 12. 3. *innui:* וּשְׁאַבְתֶּם מַיִם בְּשָׂשׂוֹן מִמַּעַיְנֵי הַיְשׁוּעָה Et haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris, *& eo præcipue ſpectare, ut ex ſumma Dei benignitate ſementis tempore pluvia in annum ſequentem obtineatur. Adeo autem exultabat populus propter* נִיסּוּךְ הַמַּיִם aquæ effuſionem, *ut apud Hebræos in Proverbium abierit:* qui numquam vidit gaudium domus hauſtionis, non vidit umquam gaudium omnibus diebus ſuis.

Feſtum a nobis vulgo dictum Tabernaculorum, *vel* Umbraculorum *ex præcepto Dei quotannis per ſeptem dies ab Hebræis celebrandum in Talmude ſæpe ſimpliciter appellatur* חַג Feſtum, *in Sacris litteris Veteris Teſtamenti* חַג הַסֻּכּוֹת Feſtum Tabernaculorum, *& in Novo Teſtamento* Σκηνοπηγία. *Radicem autem vocis* Σκηνοπηγίας *ne arbitreris derivari a Græcis dictionibus* σκιᾶ umbra, *&* φάγω comedere, *ut male ſentit Lyra, & alii; neque a* κοινὸς communis, *ut Toſtatus; ſed pro certo habeas originem trahere* Scenopegiam *a nomine* σκηνῇ Tabernaculum, *& Verbo* πήγνυμι erigere, conficere, *quia hoc Feſto ex ramis, & frondibus arborum Tabernacula conficiebantur. Ceterum Tabernacula olim non ex telis cera oblitis, operculis, aut ſimilibus, ut hodie, fiebant,*

Digitized by Google

bant, ſed ex arboribus oleoſis, earumque frondibus, ut diutius propter pinguedinem vivere poſſent. A Judæis ad Gentes Tabernaculorum Feſtum tranſiiſſe ex nonnullis Auctoribus colligitur. Scenopegiæ enim Feſta Gentibus fuiſſe, quæ populus præſertim Alexandrinus Tabernaculis extra domos erectis celebraverit, Caſaubonus narrat ad lib. 5. Athen. cap. 6. & libr. 4. cap. 9. Plutarchus etiam in Æmilio, & Mario, parta victoria, a militibus Tabernacula in caſtris hedera, lauro, frondibus ad lætitiam ſignificandam ornata fuiſſe litteris commendavit. Antiquitus poſt peractum Sacrificium juge primo die Feſti Tabernaculorum, ſexque aliis ſequentibus in more poſitum erat, ut in atrio mulierum lychnuchi aurei accenderentur ad noctis tenebras disjiciendas, ut pro arbitrio quilibet ſigna lætitiæ edere poſſet. Ajunt autem Judæi, quatuor pelves 130. logos, ſive ſextarios olei continentes ibi fuiſſe collocatas ad ſuſcipiendum oleum ad hoc allatum, & ellychnia, quæ ex detritis Sacerdotum braccis conficiebantur. Quis igitur miretur, luce lychnuchorum omnia urbis Hieroſolymitanæ atria fuiſſe perfuſa, ut Rabbini סכה Succà *v. 2. & 3. narrant? Saltantibus vero viris faces accenſas geſtantibus, canentibus, exultantibus, & præ gaudio geſtientibus aderant etiam mulieres e podio, ut ipſæ quoque tantæ lætitiæ eſſent participes. Singulis quibuſque ſeptem annis, tranſacto die primo Feſti Tabernaculorum, ut habetur Deuter. 31. 10. tenebatur Rex, ſolebatque in ſuggeſto ligneo ad hoc parato, cunctis Judæis audientibus, tam viris, quam mulieribus, tam indigenis, quam advenis, legere Legem Domini, quod in atrio mulierum decurſu temporis factum ſcimus ex* סוטא Sotà 6.8. *Lectionem autem exordiebatur ab initio Deuteronomii, eamque ad Caput 6. v. 4. producebat; deinde tranſitum faciebat ad cap. 11. v. 13. inde ad Caput 14. v. 22. tum ad Cap. 26. v. 22. poſtea ad Cap. 17. v. 14. ubi agitur de Rege; denique maledicta, & diras proferebat, quæ Deuteronomii Cap. 27. & 28. continentur. Si quis vero Tabernaculorum figuram, & magnitudinem ſcire deſiderat,* סכה Succà *cap. 1. adeat, in quo de utriſque copioſe admodum agitur. Sed cum in Veteri Teſtamento de menſura Tabernaculorum nihil præcipiatur, cujuslibet arbitrio* קראים *Karræi eorum conſtructionem relinquendam volunt. Porro quid eſſent thyrſi, quos manibus geſtare Feſto Tabernaculorum Judæi ſolebant, Genteſque in Orgiis Bacchi celebrandis quatere, docent Macrobius lib. 1. c. 18. & Cerda ad Virgilii Eclog. 5.*

Inſtituit Daphnis thyrſos inducere Baccho,
Et foliis lentas intexere mollibus haſtas;

nimirum eos fuiſſe perticas oblongas, contoſque ſertis flores, arborumque frondibus circumſeptos, haſtaſque aculeatas hederis obtectas.

סָכַם Numerare, computare, ſupputare. סְכוּם Numerus, ſumma numerata. *Hiphil* הִסְכִּים Conſentire, convenire. מַסְכִּים Conſentiens, conformis. מוּסְכָּם Conſenſus. שֵׁמוֹת הַמּוּסְכָּמִים *Apud Grammaticos, & Logicos* nomina univoca, ſynonyma. הַסְכָּמָה Convenientia, univocatio, conſenſus, concordia.

סכן, נִסְכַּן Periclitari, in periculo eſſe: tentare, experiri. מְסוּכָּן In periculo conſtitutus. סַכָּנָה Periculum.

סִכֵּן Depauperare. מִסְכֵּן Pauper, egenus, tenuis, inops. מִסְכֵּנוּת Paupertas, inopia. *Hithpahel* הִתְמַסְכֵּן Depauperari, pauperem fieri. מִסְכֵּן Pauperem reddere.

סַכִּין Culter, gladius, enſis.

סכר, נִסְכַּר Obturari, claudi. אַסְכָּרָה Angina, obturatio fiſtulæ gutturis, *morbus acutus, quo fauces anguntur, & obturantur. Vulgo dicitur* ſquinantia.

ס״ל *Abbreviatura. Idem ac* סְבִירָא לֵיהּ Videtur ipſi; opinio eſt ipſi; opinatur: *vel* סָבוּר לֵיהּ, *vel* לִי mihi: דס״ל quia opinatur. *Pro* לֵיהּ *de pluribus dicetur* לָן nobis, לְהוֹן ipſis.

סָלַד Æſtuare, ardere: contrahi, corrugari ex ardore. *Item* orare, precari, rogare, ſupplicare. *In libris Precum* אנקת

מסלדיך לפני כסא כבודך Gemitus tibi ſupplicantium aſcendat coram ſolio gloriæ tuæ.

סָלַח Condonare. סְלִיחָה condonatio. סְלִיחוֹת Precationes pro remiſſione peccatorum. *Item* liber Precum propitiatoriarum.

סִלּוֹן, סלן Fiſtula, *unde aqua fontis effluit*: canalis.

סָלַק Removere. סִלּוּק Remotio. סָלִיק Finitus, abſolutus. *Hęc dictio adbibetur in fine librorum.* סִלּוּק Finis, terminus. *Hinc* סִלּוּק *apud Grammaticos appellatur accentus, qui ſententiam abſolvit. Nomine etiam* סִלּוּק SillůK *Judæi vocant carmen quoddam diebus Feſtis communibus, & conſuetis Precibus interpoſitum, quæ Preces a decem, & octo benedictionibus, quæ in iis comprebenduntur, dicuntur vulgo* שְׁמוֹנֶה עֶשְׂרֵה *b.e.* octodecim. *Id autem uſurpant ante* קְדוּשָׁה, *videlicet Orationem, & Precatiunculam illam, quam in laudem Dei recitant, quæ incipit* יִתְגַּדַּל וְיִתְקַדַּשׁ Magnificetur, & ſanctificetur nomen ejus magnum &c. *quæ illarum Precum finis eſt, ac propterea appellatur* סִילּוּק, finis, terminus.

סַם Aroma, *in bonum*: venenum, toxicum, *in malum.* סַם הַמָּוֶת Aroma mortis, venenum lethale. *Plur.* סַמִּים Aromata. *Juxta Eliam hcc diſcrimen intercedit inter* סַמִּים, *&* בְּשָׂמִים *quę nomina* Aromata *ſignificant, quod* סַמִּים *proprie conficiuntur, & miſcentur opere apothecario ad odorem, ſuffitum, medicinas, remedia, refectionem, vel corruptionem, & mortem,* בְּשָׂמִים *autem adbibentur in cibis condiendis ad voluptatem, & delicias.*

סַמְבַּטְיוֹן Sambatjon fluvius, *qui &* סַבַּטְיוֹן, *de quo ſupra.*

סמ״ג . סמ״ג *Abbreviatura. Idem ac* סֵפֶר מִצְוֹת גָּדוֹל Liber præceptorum magnus. *Ejus auctor* ר׳ משה מקוצי *R. Moſes Kotzenſis, qui floruit circa annum Chriſti* 1240. *Editus eſt Venetiis in folio* 1522.

סמ״י *Abbreviatura. Idem ac* סֵפֶר מִלְחֲמוֹת יְהוָה Liber bellorum Domini.

סָמַךְ Incumbere, niti, inniti, fulcire: accedere, appropinquare, propinquum eſſe. סָמוּךְ Vicinum, conjunctum: juxta, prope. *Item* Nomen conſtructum, in regimine poſitum *apud Grammaticos.* בִּסְמוּכִין cum affixis *apud Abèn Ezrà.* נִסְמָךְ Idem. סֶמֶךְ Fulcrum: probatio. אַסְמַכְתָּא Ratio, probatio. סְמִיכָה Idem. *Item* manuum impoſitio, χειροθεσία, *qua olim Rabbini creabantur, a Verbo* סָמַךְ Promovere, creare aliquem, & conſtituere Magiſtrum, *ſive* Rabbinum per manuum impoſitionem. סָמוּךְ, נִסְמָךְ Promotus in Rabbinum, *ſive* Magiſtrum. *A Scaligero vocatur* Mellodoctor, Candidatus Magiſterii. *Hæc autem promotio, ſeu creatio in Magiſtrum, Doctorem, Rabbinum, Judicem, Ducem &c. non ſolum manuum impoſitione fiebat, ſicuti Moſes Joſue* Numer. 27. 23. & Deut. 34. 9. *populi Iſraelitici Ducem conſtituit, ſed etiam verbis conceptis, nullis manibus adbibitis. Ita babetur in* יוחסין *Juchasìn fol.* 60.

Exempli gratia. Ego promoveo te Rabbinum. Eſto promotus Rabbinus, *vel* Magiſter. *Hinc Majemon in Statutis de Synedrio cap.* 4. *barum Promotionum rationem ſuggerit.* Olim quidem omnes promoti promovere quoque poterant alios; ſed a tempo-

poribus Hillelis principis nemo poteſt promovere, niſi facultate accepta a Principe Synedrii Magni. Princeps item Synedrii non poteſt promovere, niſi præſente אַב בֵּית דִּין *Patre domus Judicii*, h. e. *Præſide Synedrii*, & hic viciſſim niſi præſente Principe. Qui vero facultatem promovendi acceperat, non poterat illud facere, niſi præſentibus duobus teſtibus. Nam Promotio non poteſt peragi a paucioribus, quam tribus. Non poterat hic ritus exerceri extra terram Iſraelis: unde requirebatur, ut Promotor, & Promotus in eadem terra eſſet. Poterat etiam aliquando ob privilegium quis abſens promoveri per nuntios, vel per epiſtolam, & ſcriptum teſtimonium. Qui jus promovendi acceperant, poterant una vice centum, vel plures ſimul promovere. Promotis Rabbinis dabatur poteſtas etiam judicandi, ſive dignitas Judicum concedebatur. *Hæc autem poteſtas judicandi certis rebus, definitoque tempori etiam aliquando adſtringebatur. Qui porro hoc modo Rabbinus conſtitutus fuerat, non ſtatim* Rabbì *appellabatur, ſed* חָבֵר Collega, Diſcipulus, & Familiaris *ſui Promotoris, cum quo parem honoris titulum eum poſſidere præter decus exiſtimabant. Fere ſemper autem ejus nomini Promotoris nomen erat adjunctum, ut* R. Jonathan Mèir חָבֵר Diſcipulus R. Joſiæ. *Novus hic Rabbinus, ſuo Promotore docente, aut ſtabat, aut honoris ergo in pavimento inferior ſedebat. Ad hanc manuum impoſitionem referenda, quæ habentur* 1. Timoth. 4. 14. Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per Prophetiam, cum impoſitione manuum Presbyterii.

סוֹמֵךְ Manus imponens, Promotor. נִסְמָךְ Promotus. סָמוּךְ Licentiatus, Rabbinatui proximus. *Interdum etiam legitur dictus* תַּלְמִיד חָבֵר Diſcipulus collega, *ſive* familiaris.

בְּסָמוּךְ In proximo, mox, continuo, paulo ante, paulo poſt.

סְמִיכוּת Regimen; conſtructio, forma nominis conſtructa, *apud Grammaticos*: relatio, *categoria Logica, ut pater, & filius*.

Item ſcipio, fulcrum, brachiorum ſuſtentaculum.

סמל סְמָלוֹתִין Clavi jugi, *vel* lora, quibus jugum capiti bovis alligatur. *Ex Gloſſa Tractatu* שבת *in fine. Jugum veterum non erat inciſum ſicut noſtrum, ſed læve, ac perforabant in eo duo foramina juxta craſſitiem cervicis bovis, ac ibi figebant duos clavos, qui dicebantur* סְמָלוֹנִים.

סְמַן Signare, inſignire: ſignum, Sectio, Caput, Paragraphus. *Item* littera *in Abèn Ezrà* Deut. 33. 16. *Deducitur a Græco σημαίνω*.

סִימָן Signum. *Plur.* סִימָנִין & סִימָנִיוֹת Signa. *Eſt* etiam סִימָן Sectio, Caput, Numerus libri. *Sic Maſorethæ, Cabbaliſtæ, Grammatici ſibi faciunt* סִימָנִין Signa, Notas, Characteres, Symbola ad juvandam memoriam.

סמ״ק *Abbreviatura. Idem ac* סֵפֶר מִצְוֹת קָטוֹן Liber præceptorum minor. *Liber hic proprio titulo dicitur* עַמּוּדֵי גוֹלָה Columnæ captivitatis, *cujus auctor R. Iſaac Corbelenſis*.

סמר, סְמַרְטוּט Fruſtum panni, *aut* veſtis tritæ. סִמְרוֹן Hodie. *A Græco σήμερον*.

סנג, סָנֵיגוֹר συνήγορος. Advocatus, procurator *alicujus cauſam agens, ac defendens. Ejus oppoſitum* קָטֵיגוֹר accuſator.

סָנֵיגוֹרְיָא Defenſio, patrocinium cauſſæ.

סנר, סַנְדָּל Calceus, calceamentum, ſandalium. סַנְדְּלָר Calcearius, ſutor. *Hoc nomine vocatus fuit Rabbinus quidam inſignis* ר׳ יוחנן הסנדלר R. Jochanan Sutor.

Cal-

סַנְדָּל שֶׁל עֲרִיסָה Calceus lecti. *In uſu erat olim apud Hebræos, ut puerorum cunas, & lectulos circa pedes ferramentis quibuſdam munirent, ne a pavimenti humore putreſcerent; ea autem vocabant* calceos lecti. *Legitur aliquando* סַנְדְּלָא. *Vocabulum Judæis familiare.*

סַנְדָּק Suſceptor pueri in circumciſione, compater. *Per ſynecdochen appellatur ita etiam* בַּעַל בְּרִית fœderatus.

סַנְהֶדְרִין Sanhedrin, Synedrium, Senatus magnus Hebræorum, Senatores prætorii magni Hieroſolymitani ſeptuaginta Judicum docentium jura divina, & humana, Judices, Seniores, Senatores. *In N. T. dicuntur* πρεσβύτεροι Matth. 16. 21.

סַנֵּן Purgare, percolare, purum reddere. הַמְסַנֵּן אֶת־הַיַּיִן אוֹ אֶת־הַחוֹמֶץ אוֹ אֶת הַשֵּׁכָר וְאָכַל אֶת־הַיַּבְחוּשִׁים אוֹ אֶת־הַיַּתּוּשִׁין וְהַתּוֹלָעוֹת שֶׁסִּנֵּן לוֹקֶה *h. e.* qui percolat vinum, aut acetum, aut ſiceram, & comedit culices, aut muſcas, & vermes, quos percolavit, vapulat. *Huc pertinet illud Chriſti Matth. 23. 24. Judæos objurgantis, ipſiſque objicientis.* Ὁδηγοὶ τυφλοὶ, οἱ διυλίζοντες τὸν κώνωπα. Duces cæci, qui percolatis culicem.

סָנַק Laborare, defatigari: סִנּוּק Labor, defatigatio. סַנְקְלִיטִין Judices, Cœtus, Senatus, Conſiſtorium.

ס״ס *Abbreviatura. Idem ac* סוֹף סוֹף Finis, finis. *Rabbini hanc abbreviaturam uſurpant pro* denique, tandem, *vel* nihilominus. 2. סְפֵק סְפֵיקָא Dubium dubii, dubium ex altero dubio illatum. 3: סוֹף סִימָן In fine Capitis. *Sequitur fere Capitis numerus. Maſoretbis in uſu.*

ס״ע *Abbreviatura. Idem ac* סֵדֶר עוֹלָם Seder Olàm, *h. e.* Ordo Mundi. *Liber hic Chronologiam ſacram Hebræorum continet. Duplex autem eſt. Alter* סֵדֶר עוֹלָם רַבָּא Chronologia major, *alter* סֵדֶר עוֹלָם זוּטָא Chronologia minor. *In Chronologicis citari ſolet.*

ס״פ *Abbreviatura. Idem ac* Sophpasùk, *h. e.* finis verſus. *A Grammaticis vocatur etiam* Sillùk, *qui periodum integram abſolvit. Pluraliter* סוֹפֵי פְסוּקִים fines verſuum. 2. סוֹף פֶּרֶק Finis Capitis. בס״פ in fine Capitis.

סָפַג Sugere, ſorbere. אִסְפּוֹגָא, סְפוֹג Spongia, *ita dicta, quia tergendo abſorbet.* נִסְתַּפֵּג Abſtergere ſe, *proprie* ſpongia.

סִפֵּן Honorare, honore afficere. סָפוּן Honoratus. סְפִינָה Navis, *proprie magna, & tecta.* סַפָּן Nauta: navis artifex.

סַפְסָל Sella, ſcabellum, ſedes. *Plur.* סַפְסְלִין ſellæ.

ספ״ק *Abbreviatura. Idem ac* סוֹף פֶּרֶק קַמָּא Finis Capitis primi. ובספ״ק Et in fine Capitis primi.

הִסְפִּיק, סָפַק Sufficere, ſufficiens eſſe. סִפּוּק Sufficientia. סִבָּה מַסְפֶּקֶת Cauſa ſufficiens. שֵׁם הַמִּסְתַּפֵּק Nomen analogum. הִסְתַּפְּקוּת Sufficientia. *Item* amphilologia.

סָפֵק Dubium, ambiguum. *Adverbialiter* ambigue: מְסֻפָּק dubium, ambiguum, anceps.

ceps. *Item* forte, fortaſſis. *Hithpahel* הִסְתַּפֵּק In dubio eſſe. סְפֵקוּת Dubitatio. מְסוּפָּק שֵׁם מִסְתַּפֵּק Nomen amphibolon. מְסוּפָּק dubius, analogus, anceps. שֵׁם הַמְּסוּפָּק Nomen analogum. סְפֵקוֹת Dubia, quæſtiones dubiæ, & controverſæ.

סִפֵּר Tondere, radere. סַפָּר Tonſor. תִּסְפּוֹרֶת מִסְפָּרַיִם, תִּסְפּוֹרִין Forcipes. Raſura, raſio, tonſio: forfex. מַסְפֵּר Novacula: forfex tonſoria, *vel* ſarroria.

סִפֵּר Narrare. סִפּוּר Narratio: hiſtoria: prædicatio Logica. סִפּוּרִים Prædicationes, hiſtoriæ.

סר״ Abbreviatura. Idem ac סִבָּה רִאשׁוֹנָה Cauſa prima.

סָרַב Rebellare: refragari, renuere, abnuere. סַרְבָן Rebellis: סַרְבָנוּת Rebellio: contumacia. סִירוּב Idem.

סִרְבֵּל Tegere, operire. מְסוּרְבָּל Opertus, tectus.

סִרְגֵּל Lineas ducere, ſulcare. מְסוּרְגָּל Lineis exaratum. סִרְגּוּל Linea, ſulcus, *quaſi ſit linea agri*.

סַרְדְּיוֹט Lictor, carnifex, præfectus. *Plur.* סַרְדְּיוֹטוֹת præfecti, lictores, carnifices, *&* *maſc.* סַרְדְּיוֹטִין.

סָרַח, נִסְרַח Fœtere, computreſcere. *Hiph.* הִסְרִיחַ Fœtidum reddere. טִפָּה סְרוּחָה Gutta fœtida. סִרְחוֹן Fœtor, putor.

סָרַח Rebellare. סוּרְחָן Rebellio, contumacia: rebellis.

סַרְטָן סרט Cancer, ſignum cœleſte Cancri.

סרנ״ך Abbreviatura. Idem ac סְמִיכוּת, רִבּוּי, נְקֵבָה, כִּנּוּי, Regimen, Pluralis numerus, Fœmininum genus, Affixio Pronominum. *Sic per abbreviaturam indicantur quatuor cauſſæ, propter quas apud Grammaticos vocales mutantur.*

סָרַס Caſtrare, evellere, extirpare, evertere, pervertere. מִקְרָא מְסוּרָס Lectio, textus tranſpoſitus, inverſus; aut qui per parentheſin eſt interruptus. סִירוּס Interruptio verborum, hyſterologia: parentheſis: caſtratio: inverſio, tranſpoſitio.

סָרַק Pectinare, pectere. מַסְרֵק Pecten: ſtrigilis ad equos pectendos. סָרַק Sterile, fructu vacuum.

סש״ר Abbreviatura. Idem ac סֵפֶר שְׁמוֹת רַבָּא Gloſſa magna in librum Exodi.

ס״ת Abbreviatura. Idem ac סֵפֶר תּוֹרָה Liber Legis. 2. סִתְרֵי תוֹרָה Arcana, myſteria Legis. 3. סֵפֶר תְּרוּמָה *Eſt nomen libri inſignis de ritibus, vetitis rebus, ac licitis, aliiſque hujuſmodi agentis.* 4. סוֹף תֵּיבָה Finis dictionis. *In numero plurali* סוֹפֵי תֵּיבוֹת Fines dictionum. *Maſorethis frequens.*

סְתָו, סִתְוָא Hyems: סִתְוִי, *vel* סִתְוָנִי Hybernus. עֲנָבִים סִתְוָנִיּוֹת Uvæ hybernæ, labruſcæ. חוֹמֶץ סִתְוָנִיּוֹת Acetum uvarum hybernarum.

סְתָם, נִסְתַּם Abſolute, ſimpliciter. *Apud Logicos* מִשְׁפָּטִים סְתָמִים propoſitiones abſolutæ, ſimplices. סְתָמָה Antonomaſia *apud Grammaticos*. סְתוּמְתָּאָה Authenticus, Canonicus.

Ab-

סתר״ *Abbreviatura . Idem ac* סוֹף, תָּוֶךְ, ראשׁ, Finis, Medium, Principium. *Apud Cabbaliſtas in uſu .*

סָתַר Latere. נִסְתַּר Perſona tertia *in Verbis .* נִסְתָּרִים Pronomina tertiæ perſonæ, *quia ea abſens dicitur , ideoque quaſi latens .* סֵתֶר latebra. בֵּית הַסְּתָרִים Locus ſecretus, pudendum , *quia natura eam partem latentem , & ſecretam eſſe voluit .*

סָתַר Repugnare , contradicere . סְתִירָה Repugnantia , contrarietas , contradictio.

INCIPIENTIA

A ע

ע *In numeris valet ſeptuaginta , ſemperque eſt littera radicalis , nec unquam Daghes recipit , ſicuti neque ceteræ gutturales .*

עָא Lignum . *Idem eſt , ac* אָעְ, *litteris translatis .* Eſth. 1. 13. *in Targum ſecundo .*

עאת, עָאתָא , עָאתָא . *Vide in* עוה.

עָאן . *Vide in* עין.

עבא עוֹבִי Craſſities, denſitas: nubes , nebula . 1. Reg. 7. 46.

עֵיבָא , עֵיבָא , עִיבָא Idem . Iſa. 44. 22. Job 37. 16.

עֲבַד Facere , conficere , efficere . Gen. 1. 31. Iſa. 43. 7. operari, terram colere , agere , peragere , parare, apparare . Gen. 18. 8. Joſ. 5. 10. *Ithpehal* אִתְעֲבַד fieri . Numer. 28. 6.

עוֹבָרָא , עוֹבַד , עוֹבָדָא , עוֹבָד Opus, factum . 1. Reg. 7. 8. operis merces . Pſal. 109. 20. *Apud Talmudicos* עוֹבָדָא *ſignificat ut Hebraica vox* מַעֲשֶׂה Hiſtoria , res geſta , *ut* עוֹבָדָא הוא בְּחַד Hiſtoria eſt de quodam ; accidit cuidam . *Plur.* עוֹבָדִין עוֹבָדֵי , opera . Eccleſ. 9. 10. *Fœm.* עוֹבַדְתָּא opus . Gen. 33. 14.

עֲבִידְתָּא , עֲבִידָא Idem . *Conſtr.* עֲבִידַת.

מַעֲבַד Idem . *Plur.* מַעֲבָדִין opera .

מַעְבַּדְנוּתָא Opus . Prov. 21. 6.

עֲבַד , עַבְדָא Servus . Geneſ. 9. 25. & 24. 5. *Plur.* עַבְדַיָּא , עַבְדִין ſervi . Geneſ. 24. 35. Iſa. 54. 17. *Rabbinis , & Talmudicis tritum* עַבְדָא דְמַלְכָּא מַלְכָּא Servus Regis eſt Rex. *Quanto ſcilicet quis excellentioribus , & dignioribus ſe adjungit , tanto majorem claritatem , & nomen ab eorum familiaritate acquirit , & ab aliis propterea magis colitur .*

עַבְדוּת , עַבְדוּתָא Servitus . Exod. 13. 3.

עֲבוֹדָה , עֲבוּדָא Famulitium , ſervitus, cultus , miniſterium , opus . Geneſ. 26. 14.

עבט עֲבִיטָא Clitellæ . Geneſ. 31. 34. *Hinc* mulus clitellatus , vel clitellarius *ad onera portanda tantum adhibitus .* וְשַׁוְּיִנּוּן בַּעֲבִיטָא דְגַמְלָא Et poſuit eas ſub clitellis camelorum . *Hebraice* בְּכַר.

Ge-

Geneſ. 31. 34. *Ex R. Salomone Hebræorum* כָּרִים *idem eſt, ac* כְּסָתוֹת pulvini. *Rabbini appellant* מַרְדַּעַת. *Apud Rabbinos* עֲבִיט שֶׁל גָּמָל *eſt ſpecies quædam ephippii accommodati ad onera ferenda, non ad equitandum, vel inſidendum.*

עבף עֲבוּפְיָא, עֲבוּף, עָבוּף Viride, frondoſum. Iſa. 57. 5. Pſal. 52. 10. Job 15. 32.

עבין Stannum. *Idem ac* אֲבָץ Ezech. 27. 12.

עבר Tranſire, tranſgredi, præterire. Numer. 13. 33. gravidam, prægnantem eſſe, concipere. Job 21. 20. *Aphel* אַעֲבַר traducere, tranſmittere, transferre, tranſvehere. Geneſ. 47. 21. mutare. Levit. 27. 10. peſſulo claudere. 1. Reg. 6. 21. *Pahel* עַבַּר prægnantem eſſe. Geneſ. 16. 5. gravidam reddere: intercalare. Cant. 7. 4. *Ithpahel* אִתְעַבַּר tranſiri: concipere. Geneſ. 21. 2.

עַבְרָא, עֲבָרָא, עִבְרָא, עִבַּר, עֲבַר, עֵבֶר Trans, ultra. Deut. 30. 13. contra, e regione, ex adverſo. 1. Sam. 14. 4. tranſitus: latus. 1. Sam. 14. 2. *Plur.* עִבְרִין, עֶבְרִין, עֶבְרֵי.

עֲבֵירָא, עֲבֵרְתָא Tranſgreſſio, iniquitas, peccatum. Deut. 23. 15. Prov. 21. 27. *Plur.* עֲבֵירָן tranſgreſſiones. Gen. 25. 29. *in Jonathane. Raro in Targum hanc vocem reperies; at contra apud Rabbinos frequentiſſimus ejus uſus eſt.* עֲבֵירָה גוֹרֶרֶת עֲבֵירָה. Tranſgreſſio una trahit alteram. הִרְהוּר עֲבֵירָה קָשֶׁה מֵעֲבֵירָה Cogitatio de peccato gravior eſt ipſo peccato.

עִבְרָאָה, עִבְרָאי Hebræus. Geneſ. 14. 13. *Plur.* עִבְרָאֵי, עִבְרָאִין Hebræi. Gen. 43. 31. *Fœm.* עִבְרֵיתָא, עִבְרָאָה Hebræa. Exod. 15. 15. *in Targum Hieroſolymitano.*

Hoc nomine Hebraico עִבְרִי, *de quo mentio* Geneſ. 14. 13. *Abraham primum a Chananæis, & Phœnicibus appellatus eſt, quia Euphratem poſt captum fratrem Loth tranſierat, & ad eos venerat, ut patet ex Geneſ. cap. 14. Itaque tunc idem valuit* עִבְרִי, *& Chaldaice* עִבְרַאי Hebræus, *ac Tranſeuphrateus. Sic populi dicuntur tranſmarini, tranſalpini, tranſpadani, qui ſunt trans mare, trans Alpes, trans Padum. Ejus poſteri deinceps illo eodem nomine vulgo Hebræi apud omnes gentes ſunt nuncupati. At Hebræorum Regno in duas partes diviſo poſt Salomonem, decemque Tribubus in exilium deportatis, Judæi ſunt vocati, quod nomen inde ad noſtra uſque tempora iis manſit perpetuum. Hujus ſententiæ multi tum veterum, tum recentiorum ſunt patroni, inter quos Africanus, Origenes, D. Hieronymus, D. Chryſoſtomus, Theodoretus, Ribera, Munſterus, & Ludovicus Capellus; ex Rabbinis R. Scelomò, R. Moſcè Bar Nachmàn, R. Bechài, Abèn Ezrà, & alii non pauci. Alii ſentiunt, Abrahamum appellatum fuiſſe* עִבְרִי Hebræum *a nomine proprio* עֵבֶר Heber *Semi pronepote, Arphaxad nepote, & Sale filio. Hanc opinionem ſequuntur inter veteres Joſephus lib. 1. antiq. cap. 6. Euſebius Præparat. Evang. lib. 7. cap. 2. D. Auguſtinus de Civitate Dei lib. 16. cap. 3. &*

Digitized by Google

lib. 18. cap. 39. Eucherius lib. 1. cap. 7. Inter recentiores Calvinus in Geneſim cap. 10. v. 21. *Pererius in Geneſim, Mercerus, Cornelius a Lapide, & alii. Itaque utram ſententiam ſequatur liberum cuique judicium eſto.*

עבורא, עבור Proventus, annona, fructus, frumentum, *ſc. anni præteriti*. Geneſ. 27. 28. Numer. 18. 26. intercalatio, embolismus. 1. Sam. 20. 27. conceptus, graviditatio. Job 3. 3.

עוברא Embryo, fœtus in utero adhuc incluſus. Cant. 7. 2. *Plur. emphat.* עובריא Pſal. 68. 27.

עבורא Tranſitor, viator, hoſpes. *Plur. emphat.* עבוריא Viatores, hoſpites. Geneſ. 22. 33. *in Jonathane*.

עברא, עבר Vectis, repagulum, peſſulus. Exod. 26. 28. *Plur.* עברין, עבריא vectes, peſſuli. Jerem. 49. 31.

עוברתא, עוברא Ramus, palmes, furculus. Pſal. 80. 16. *Plur.* עוברן rami, furculi. *In Venetis*. Ezech. 17. 6.

מעבר Vallum, tranſitus. Iſa. 30. 32. *Aſtronomis* reſiduum alicujus numeri, reliquum, quod a computo ſupereſt.

תעבור Excandeſcentia, furor, indignatio gravis. Soph. 1. 15. Iſa. 9. 18.

עגל

עגלתא & , עגלתא , עגלא עגלה, Plauſtrum, currus plauſtralis. 1. Sam. 6. 7. & 8. ſignum Cœleſte Urſæ. *Vide Aben Ezrà* Amos 9. 5. *Plur.* עגלתא, עגלן & , עגלתא , עגלן plauſtra. Numer. 7. 3. Geneſ. 45. 27.

עגילא, עגיל Scutum: parma: rotundum. Pſal. 35. 2. & 91. 4. *Eſt etiam nomen loci. Plur.* עגילין ſcuta. Ezech. 23. 24.

עגלא, עגל, עגל Vitulus. Exod. 32. 4. & 19. *Plur.* עגלין vituli. 2. Reg. 17. 16. *Fœm.* עגלא, עגלתא vitula, juvenca. Exod. 15. 9. Deut. 21. 6. *Fuit* עגל *vitulus aureus Idolum Ægyptiorum, alio nomine* Apis *vocatum, cui ſimile Iſraelitæ in deſerto conflarunt ex inauribus aureis. Juvat de hoc vitulo aureo Iſraelitarum vetuſtiſſimum Hebræorum commentum referre. Itaque fabulantur, poſt potationem vituli aurei a Moſe Iſraelitis præceptam barbas aureum colorem referentes iis omnibus, poſteriſque eorum natas eſſe, qui illum impenſius coluerant, illiuſque pulverem avidius potando & barbas, & mentum, & maxillas ſuperfluo liquore polluerant. Hanc fabulam his carminibus Petrus Rhemenſis vulgo dictus* de Riga *expoſuit.*

Deſcendit Moyſes tabulis infixa duabus
  Scripta Dei digito juſſa beata ferens.
Aute choros populi ludentis percipit; iram
  Concipit; os Vituli conſpicit; inde fremit.
Excuſſit Tabulas; excuſſas fregit; abegit
  Fractas; in Vitulum ſævit, eumque rapit.
Comminuit; commiſcet aquis; potum dat Hebræis,
  Exeat ut fœdus per loca fœda Deus.
Denotat hic auri cor Hebræi potus avari,
  Qui ſitiens aurum primitus ecce bibit.
Conſonat hoc; Craſſi titulo quod corde ſitiſti

Vi-

Digitized by Google

Vivens, hoc aurum morruus ore bibis.
Hebræi rradunt Moyſem feciſſe, quod audis,
Ut ſciret ſolos hac raiione reos.
Nam rutilans Auro monſtrabat Barba nocentes,
Dum patulo latices fluminis ore bibunt.
Aurum, quod fudit Aaron, deſcendit eorum
In Barbas rantum, qui coluere Bovem.
Nequitiæ plumbum Barbæ monſtratur in Auro,
Et culpæ pondus Aurea Barba notat.

Tam grave fuiſſe Hebræorum peccatum in Vitulo conflando Rabbini cenſent, ut adhuc ſatis expiatum non ſit. Hinc Paulus Fagius ad Chaldaicam Paraphraſim Exodi obſervat, ita Moſem Gerundenſem ſentire: אין לך ישראל פורענות שאין בה אנקיא מעון העגל *h. e.* Non eſt tibi, Iſrael, ultio, in qua non ſit uncia de iniquitate Vituli. *Eas vero nugas de hoc Vitulo aureo adjiciunt, ramque putidas, ut ſatius ſit eas ſilentio prætetire, quam in iis commemorandis fruſtra tempus terere, Lectorumque patientiam defatigare.*

עֵין־עֶגְלָא Oculus vituli. *Nomen lapidis pretioſi. Dicitur etiam* עֵין עֵגֶל. Exod. 28. 19. *Hebraice* אַחְלָמָה.

עֲגַל, עֶגְלָא, *& cum* ב *præfixo* בְּעֶגְלָא, בַּעֲגַל. Cito, celeriter, velociter, feſtinanter: mox. Prov. 29. 1. Eſth. 1. 1. *in Targum ſecundo.*

עֲגוֹל Circulus, globus, maſſa rotunda panis. Exod. 29. 23. *in Jonathane.*

עֲגַם Contriſtari, anxium eſſe. Job 30. 25. *Dicitur etiam* אֲגַם.

עֲגִים Triſtis, anxius. *Plur. fœm.* עֲגִימָן triſtes. Ruth. 1. 13.

עֲגַן Detineri, retineri. Iſa. 42. 22. *Pahel* עַגֵּן detinere, retinere. Iſa. 24. 22.

עֲגִין Detentus, inclufus. *Plur.* עֲגִינִין detenti, incluſi. Iſa. 42. 7.

עֲגָנָה Detentio, incluſio. בֵּית עֲגָנָה Domus detentionis, carcer. Iſa. 24. 22.

עֲדָא, עֲדָה Tranſire, præterire, recedere. Geneſ. 15. 17. Numer. 14. 44. ſpoliare, diripere, prædari. Jerem. 30. 16. *Aphel* אַעְדִּי amovere, removere, auferre, transferre. Zach. 3. 4. Dan. 5. 20. concipere. Jud. 13. 3. *Pahel* עַדִּי amovere: ſpoliare, prædari. Eſth. 8. 11. concipere, gravidam fieri. Iſa. 51. 2. *Ithpahel* אִתְעַדָּא amoveri, auferri. Levit. 4. 31. Iſa. 17. 1.

עַד Uſque, uſque ad, uſquedum, donec, adhuc. *Conjungitur cum variis particulis, ut* עַד לָא antequam, priuſquam: עַד אֵימָתַי quouſque? uſquequo? עַד כְּדֵן, עַד כְּדוֹן, עַד כְּעַן Adhuc, quamdiu, donec. עַד כֹּה, עַד כָּא hucuſque, uſque nunc. עַד דִּי, עַד דְּ, עַד הָכָא donec, uſque, interea dum.

עֲדִיתָא, עֲדִיתָא, עֲדַיָא Abſceſſus, apoſtema. Levit. 13. 2. & 6.

עֲדִי, עֲדֵי Præda, ſpolium. Joſ. 8. 27. Iſa. 42. 24. *Cum aff.* עֲדֵיהוֹן præda eorum. Iſa. 10. 2.

עֲדָאָה Idem. Numer. 31. 11. *Plur. conſtr.* עֲדָאֵי ſpolia. Iſa. 8. 4.

עֲרִיתָא Idem. *Male autem* Numer. 31. 11. *in Jonathane legitur* עֲרִיתָא.

עֲרָוא. *Vide in* דוא.

עִדּוּי Conceptus. Ruth 4. 12. *Plur.* עִדּוּיִין Geneſ. 18. 12. *in Jonathane.*

מְעַדְּיָא Gravida, prægnans. Iſa. 38. 24. *Plur.* מְעַדְּיָתָא, מְעַדְּיָת, מְעַדְּיָן gravidæ, prægnantes. Amos 1. 13. Thren. 1. 16.

עִידִית, עֲדִית Ornatus, ornamentum. Pſal. 83. 13.

עֲדַב, עַדְבָא Sors. Levit. 16. 8. & *per* ו, עַדְוָא. Eſth. 9. 24. *Plur.* עַדְוִין ſortes. 1. Sam. 14. 42.

עֲדַן *Ithpahel* אִתְעַדַּן Oblectare ſe, voluptate affici. Nehem. 9. 25. *in Hebræo.*

עֵדֶן Voluptas, delectatio, deliciæ. *Item nomen proprium horti, in quo Adam a Deo creatore primum collocatus. D. Hieronymus* Paradiſum voluptatis *vertit. Eſt etiam nomen oppidi in Cœleſyria.* Amos 1. 5.

עִדָּנָא, עִדָּן Tempus, opportunitas, occaſio. Gen. 8. 11. & 21. 22. *Plur.* עִדָּנִין, עִדָּנֵי, עִדָּנַיָּא tempora.

עִדּוּן Idem. Geneſ. 18. 12. *in Aben Ezrà Plur. conſtr.* עִדּוּנֵי tempora. Geneſ. 29. 25. *in Jonathane.*

עֲדַף Excellere, abundare, antecellere, præſtare. *Hinc* יַעֲדִיף excellens, præſtans. Pſal. 45. 3.

עדר עֲדַר, עֶדְרָא Grex. Geneſ. 32. 16. *Plur.* עֶדְרַיָּא, עֶדְרִין greges. Geneſ. 29. 2. *Conſtr.* עֶדְרֵי Joel. 1. 18.

מַעְדְּרָא, מַעְדֵּר Sarculus, ſarculum. Iſa. 7. 27.

עוב *Hiphil* הֵעִיב Obnubilare, nube obducere. Thren. 2. 1.

עִיבָא, עֵבָא, עָבָא Nubes, obnubilatio, nebula. Job 37. 16.

עוֹב Ramus. *Cum aff.* עוֹבֵיהּ ramus ejus. Job 15. 32.

עוּבָא Sinus.

עוג *Pahel* עַגֵּג Intingere, immergere, intingendo maculare, *vel* colorare. Geneſ. 48. 11. *in Jonathane.*

עוּגִית Area, areola, ſulcus. *Plur.* עוּגְיָתָא, עוּגְיָת, עוּגִין areæ, ſulci. Ezech. 17. 7.

עוּגָה Placenta. *Plur.* עוּגִין placentæ. Numer. 11. 8. *in Targum Hieroſolymitano.*

עוּגָה, עָגָה Jocus, facetiæ, ſanna. בִּלְשׁוֹן עוּגָה Sermone otioſo, inani. *Hujuſmodi ſermo eſſe ſolet eorum, qui ob placentam, remque nullius, vel levis momenti aliis turpiter adulantur, iiſque illudunt. In Tractatu* סנהדרין Sanhedrin *fol.* 101. *vetatur pronunciatio Nominis Dei tetragrammaton* יהוה *juxta litteras ſuas quatuor, quibus ſcribitur, videlicet* בגבולין בלשון עגה in terminis *extra Sanctuarium* joci cauſſa, *vel potius* בלשון עגה lingua peregrina, *non Hebræa. In Baal Aruch legitur* אגא *per* א.

עוד Adhuc, amplius, deinceps, porro, ultra: poſt, *ut Hebraice.* Geneſ. 7. 4. & 8. 10. & 48. 10. *Rabbinis etiam* tantum, duntaxat: בְּעוֹד in, cum adhuc, dum, tantiſper dum.

עָוָה *Hebraice*. Inique, perverſe agere. *Ex Aphel Chaldaice* אַעֲוִינָא inique egimus. Pſal. 106. 6. *Ex Ithpehal* דְּמִתְעֲוֵי qui deficit: qui perverſus fit. Prov. 18. 19.

עֲוָיָא, עֲוָיָא Iniquitas, perverſitas. Pſal. 69. 28. *Plur.* עֲוָיָן iniquitates. *Emphat.* עֲוָיָתָא, עֲוָיָן & עֲוָתָא iniquitates. Job 13. 26.

עוּתָא, עֲוָא & , עָאתָא , עָאֲתָא , עָאָה Idem.

עוֹן *Vide in* עֲוֹן.

עָוֵל *Hebraice*. Inique, perverſe agere. Iſa. 26. 10.

עַוְלָא, עַוָּל Iniquus, perverſus. Prov. 6. 12. *Plur.* עַוְלִין iniqui. *Emph.* עַוְלַיָּא Soph. 3. 5. Prov. 14. 22.

עַוְלַאי Idem. *Plur.* עַוְלָאֵי, עַוְלָאִין perverſi. Prov. 29. 18.

עַוְלְתָא, עַוְלָא Iniquitas, perverſitas. Pſal. 71. 4. Pſal. 92. 16. *ubi in Bibliis Regiis legitur* עולְתָא.

עִילְתָא, עִילָא Idem. Pſal. 58. 3. Job 36. 23. *Plur.* עִילָוָן iniquitates. *Hebraice* עולות Pſal. 64. 7.

עִילָא, עִיל & , עוֹלָא, עוּל Pullus, pullus aſini, aſellus. Job 11. 12. *Plur.* עִילִין, & עִילִין aſelli, & עוֹלִין pulli. Judic. 11. 12. Iſa. 30. 6.

עִיוּל Pulvis tenuiſſimus. Iſa. 40. 15.

עוּל Ingredi, intrare. *Vide in* עלל.

עוֹן, עָאנָא, עָאן & , עָנָא, עָן Grex, greges, oves, pecus. 1. Sam. 25. 2. Exod. 12. 38. *Hoc nomen ſemper eſt collectivum, numquamque adhibetur ad unam tantummodo ovem ſignificandam.*

מָעוֹן Habitaculum. *Templum Hieroſolymitanum hoc nomine appellatum fuit, quia erat Dei habitaculum. Hinc per* מָעוֹן Templum Hieroſolymitanum *jurabant; ut* המעון הזה לא אלין הלילה Per habitaculum hoc non dormiam hac nocte.

ערף, עָרִיף Familiaris, notus. *A quibuſdam ſcribitur, & pronunciatur* מַעֲרָב. Commercii ſocius *apud Germanos Hebræos ſic ſolet appellari.*

עש״ש *Abbreviatura. Idem ac* עֶרֶב שַׁבָּת Veſpera Sabbati: בעש״ש In veſpera Sabbati: לעש״ש. מעש״ש. 2. עוד שָׁם Præterea ibi, *nimirum* כָּתוּב ſcriptum eſt, נֶאֱמַר dicitur, *aut aliud ſimile.* 3. עַל שָׁם propter, propterea. *Vel Chaldaice* עַל שׁוּם: *ut* עש״מ מה Quare, qua de cauſſa? 4. עִם שָׁלוֹם Cum ſalute. 5. עַיֵּן שָׁם Vide illic. *Adhibetur in Libris, cum lector ad alium locum mittitur.*

עָשָׂה Facere, efficere. מַעֲשִׂי Practicus. מַעֲשִׂית Practica, *cujus oppoſitum* עִיּוּנִית Speculativa. מִצְוֹת מַעֲשִׂיּוֹת Præcepta practica, *quibus opponuntur* שִׂכְלִיּוֹת intellectualia, theorica. *Uſurpant etiam* מִצְוַת עֲשֵׂה præceptum fac, *id eſt*, practicum, affirmativum, *quod jubet facere.* מִצְוַת לֹא תַעֲשֶׂה Præceptum non facies, *id eſt*, negativum. *Hæc præcepta univerſim ſunt ſexcenta, & tredecim, quorum ſymbolum* תרי״ג, עֲשִׂיִּים præcepta jubentia, affirmativa; *quæ ſunt numero* 248. *juxta membra corporis humani* רמ״ח; *prohibentia autem* שס״ה 365. *quot dies ſunt in anno.*

עש״ה *Abbreviatura. Idem ac* עַל שֶׁמַע הַפָּסוּק Juxta ſenſum verſus Biblici iſtius. *Adhibetur a Rabbinis certo aliquo Scripturæ textu ſententiam ſuam confirmantibus.*

עש״ן *Abbreviatura. Idem ac* עוֹלָם Mundus, שָׁנָה Annus, נֶפֶשׁ Anima. *Rabbinis uſitata.*

ע״ת *Abbreviatura. Idem ac* עַל תְּנַאי Cum conditione, ea conditione.

עתד, עָתִיד Futurus. *Apud Grammaticos*, Tempus futurum. לֶעָתִיד In futurum. לֶעָתִיד לָבוֹא Idem. *Plur.* עֲתִידִים futuri.

עָתַק Transferri: removeri. הֶעְתִּיק Transferre, tranſcribere, deſcribere, ex una Lingua in aliam vertere. הַעְתָּקָה Translatio, tranſcriptio. מַעְתִּיק Translator, interpres. מַעְתִּיקִים Interpretes. מַעְתִּיקֵי הַדָּת Legis Interpretes, translatores. הַמַּעְתִּיקִים אָמְרוּ Translatores ajunt. *h. e. Talmudici.* שֵׁם הַנֶּעְתָּק Nomen translatum. הַעְתָּקָה Translatio, deſcriptio, *vulgo* Copia.

עֵת Tempus. עִתִּים Tempora. *Si repetatur, ſignificat* nunc, quandoque, interdum: per vices, per intervalla. עִתִּים חָלוּם עִתִּים שׁוֹטֶה Nunc ſanæ mentis, nunc ſtultus eſt.

עַתָּה Nunc. *Apud Philoſophos* τὸ νῦν, Inſtans, Momentum temporis præſentis.

IN-

Digitized by Google

INCIPIENTIA

A פ

פ *In numeris valet octoginta. Duplicem hæc littera ſonum habet, duplicemque characteris figuram. Quod attinet ad pronuntiationem, cum Daghès in medio reſpondet* p *Latinorum, ſine Daghès* f, *vel* ph *aſpirato eorumdem.* ף *extenſum locum habet tantummodo in fine dictionis, valetque in numeris octingentos, neque umquam habet Daghes;* פ *recurvum ſcribitur in omni dictionis loco, præterquam in fine. Hæc littera ſemper eſt radicalis.*

פֵּאָה, פֵּיאָה, פָּאתָא, פָּתָא Angulus, extremitas, plaga, pars extrema, latus, eris. *Proprie* פֵּאָה *ſignificat agri angulum, ſive extremitatem, qui Legis præcepto non erat metendus, ſed pauperibus relinquendus.* Levit. 19. 9. 26. *&* 23. 22. *In Talmude extat Tractatus inſcriptus* פֵּאָה Peàh. *Per metaphoram dictio hæc* פֵּיאָה *de aliis etiam rebus uſurpatur, ut in* עירובין Eruvìn *fol.* 53. אין משיירין פיאה באילפס אלא משיירין פיאה בקערה *h. e.* Non eſt relinquendus angulus in olla, ſed eſt relinquendus angulus in ſcutella; *nimirum coquus tenetur totum cibum coctum ex olla in ſcutellam effundere, nihilque omnino in ea relinquere, ut totus in menſa dominis, convivisque apponatur; at convivæ cavere maxime debent, ne ſcutellas omnino abſumant, ciboſque totos ſibi appoſitos penitus abliguriant, ad inurbanitatis, & voracitatis notam effugiendam. Præterea* פֵּאָה, *&* פָּאתָא, *vel* פָּתָא *eſt* capitis extremitas, *frontem, tempora, parteſque reliquas poſt aures complectens; tempora enim ſunt capitis anguli. Item* coma, capillus. Jerem. 9. 25. Levit. 19. 27. *Talmudicis* פֵּאָה נָכְרִית Coma aliena, angulus alienus, capillamentum, caliendrum, galericulum, *vulgo* parrucа. *His pilis alienis olim virgines, & fœminæ nobiles ad ornamentum uti ſolebant. De hoc ornamento inſtituitur diſputatio in Talmudis Tractatu* שבת Seabbàt *cap. 6. fol. 64. In Arùch autem ſcribitur:* mulier, quæ non habet multos capillos, ſumit capillos de aliis mulieribus, eoſque ita capiti ſuo imponit, ac ſi ſui eſſent. *Huc alludit Targùm* Iſa. 3. 16. אָזְלָן וּפָתְהֵן מַקְּפָן Eunt, & angulos capitis ſui circumdant, *alienis ſcilicet crinibus. R. Salomon addit* היו קושרות נכריות קליעת שערות חלושין כורכות עם קליעותיהן שיראו גסות וטפופות *h. e.* Alligabant comas alienas, *videlicet* plicationem, ſive cirrum capillorum evulſorum circumligabant cirris ſuis, ut viderentur craſſi, & æquales, ſive complanati. *Hinc Baal Arùch.* Quidquid aliquid circumdat, ſed non plene tegit, & operit, illud vocatur פֵּיאָה, quia ſimile eſt לְפֵאָה *angulo*, ſcilicet agri. Cum enim ager totus eſt calvus quaſi, & abraſus, ſed parumper in eo reſiduum relinquitur, id vocatur פֵּיאָה. Sic פֵּאָה נָכְרִית *angulus alienus*, ſive *capillamentum* circumdat quidem caput, ſed nequaquam obtegit. *Hactenus Baal Arùch.*

פגג *Ithpehal* אִתְפַּנַּג Oblectare, exhilarare ſe. *Rabbinis familiare.*

פַּגָּה Groſſus, groſſulus, ficus immatura. *Parabolice de puella a Rabbinis tribus nominibus dicitur, eam eſſe* פַּגָּה, בּוֹחַל, צֶמֶל, groſſulum, ficum matureſcentem, & ficum maturam. *Appellatur etiam* בּוֹגֶרֶת, *ut videre eſt in radice* בגר *pag.* 44. *&* 60. *Puella igitur vocatur* פַּגָּה groſſulus, *antequam ei pubes, & ubera exoriantur, quia eſt velu-*

luti immatura viro; nuncupatur בֹּחַל fructus, *vel* ficus matureſcens, & penitus intumeſcens, *ubi pubes oritur, & ubera intumeſcunt; dicitur* צְמַל ficus matura, *ubi ubera, & pubem protulit, per quæ duo ſigna viro matura declaratur.*

בֵּית פַּאנֵי Bethphage. *Eſt nomen loci extra Jeruſalem. Scribitur etiam* בֵּית פַּגֵי *ſine* א. *Arùch inquit:* Bethphage nomen loci חוּץ לִירוּשָׁלַיִם extra Jeruſalem. *Sunt qui volunt, hunc locum dictum a fonte quodam. At fontem Talmudiſtæ Græcorum voce appellant* פִּינִי πηγή, *ut infra in* פין *dicetur, non autem* פַּאנִי, *ubi* א *eſt index vocalis* A, *& inde derivatio eſt a* פַּגִּין groſſulis. *Gloſſa in* בבא מציעא Bavà metzià *fol.* 90. בית פאגי היקף חיצון של ירושלים Bethphage eſt ambitus, *vel* circuitus urbis Jeruſalem. *R. Bartenòra in Menachòt* fol. 95. *animadvertit, Rambam, ſive Majemonidem ſcribere, Bethphage fuiſſe locum vicinum monti Templi extrinſecus, ubi ſolebant coquere oblationes veſpertinas cibarias. Evangeliſtæ docent,* Bethphage *fuiſſe locum ſitum extra Jeruſalem ei proximum ad radices montis Olivarum. D. enim* Lucas cap. 19. v. 29. Καὶ ἐγένετο ὡς ἤγγισεν εἰς Βηθφαγὴ, καὶ Βηθανίαν, πρὸς τὸ ὄρος τὸ καλούμενον Ἐλαιῶν: Et factum eſt, cum appropinquaſſet ad Bethphage, & Bethaniam, ad montem, qui vocatur Oliveti. *D. autem Matthæus* cap. 21. v. 1. Καὶ ὅτε ἤγγισαν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ἦλθον εἰς Βηθφαγῆ πρὸς τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν. Et cum appropinquaſſent Hieroſolymis, & veniſſent Bethphage ad montem Olivarum. *Inter Bethphage, & montem Olivarum jacet vallis Joſaphat. Ex Bethphage pullo aſinæ inſidens Chriſtus Hieruſalem introivit, & Templum ingreſſus ementes, & vendentes ex eo expulit. D. Hieronymus Matth.* 21. *D. Chryſoſtomus in Marcum Homil.* 11. *Beda in Matth.* 21. *ſentiunt,* Bethphage *ſignificare* domum maxillarum. *Origenes hujus ſignificationis cauſſam affert Homil.* 14. *in Matthæum.* Bethphage domus maxillarum, villa Sacerdotum, quoniam maxilla erat pars propria Sacerdotum ex Lege. *Alii alio inclinant. Tremellius in notis ad Verſionem Syriacam Matth.* 21. *ad vocem* Bethphage *ait:* Fortaſſe a fonte, qui ibi erat, nomen accepit. Ut enim Græci fontem πηγή, ita Syri, Chaldæi, & Talmudiſtæ eum vocant פִּינִי, vel פאנא, unde conflatum nomen eſt בית פאנא Bethphage, quod ſonat locum fontis. *At D. Bernardus in Sermone ad milites Templi cap.* 12. Bethphage *dictionem interpretatur* domum buccæ. Reſpexiſſe videntur ad vocem Syriacam ܦܟ̈ܐ, quæ *maxillam* ſignificat. Sed hæc ſcribitur cum כ in medio. *Appellatio prior longius petita videtur, at poſterior vera eſt, ut infra patebit in dictione* פין. *Santes in Libello interpretationis nominum propriorum:* Bethphage Matth. 21. *h. e. Domus oris vallis, ex* בית Beth *Domus, &* פה Phe *Os, &* גי Ge *vallis. Schindlerus in Lexico Pentaglotto in Radice* פגג *ſcribit:* בית פאגי *Bethphage* domus groſſorum. *Vicus erat extra Jeruſalem in monte Oliveti ſitus, ſtadio diſtans a via, quæ a Bethania ducit Hieroſolymam, a qua diſtat itinere Sabbati. Mercerus in notis ad Lexicon Santis Pagnini ad radicem* פג *ait:* Hinc puto בית־פגי *Bethphage* locum Hieroſolymæ vicinum dictum, quaſi locum groſſorum. *In tanta opinionum varietate, quam potiſſimum ſequatur liberum cuique judicium eſto.*

Cum de Sabbati itinere ab Hebræis dicto דֶּרֶךְ שַׁבָּת *mentio injecta ſit, placet hoc in loco nonnulla addere, quæ maxime inſervient illuſtrando loco illi* Act. 1. v. 12. Τότε ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἀπὸ ὄρους τοῦ καλουμένου Ἐλαιῶνος, ὅ ἐστιν ἐγγὺς Ἱερουσαλὴμ, Σαββάτου ἔχον ὁδόν. Tunc reverſi ſunt Hieroſolymam a monte, qui vocatur Oliveti, Sabbati habens iter. *Itaque de Sabbati itinere unanimis eſt Judæorum ſententia, illud bis mille cubitis conſtare, vel ſeptem, aut octo ſtadiis. Rem ita eſſe ex Syro etiam Interprete probatur, qui citatum locum reddit:* ܘܦܪܝܩ ܗܘܐ ܐܝܟ ܫܒܥܐ ܐܣܛܕܘܬܐ *h. e.* Et diſtat ab ea circiter ſeptem ſtadiis. *Licet autem in Exodo cap.* 16. v. 29. *probibeantur Judæi e caſtris die* ſe-

Digitized by Google

ſeptimo exire; cum tamen eodem die juxta Levitici præceptum cap. 23. v. 3. *in locum ſacrum convenire debuerint, idque ſine profectione facere nequiverint, inde profecto fit, ut ſibi licere mediocrem obambulationem Sabbato pro certo habeant, Sabbatique iter bis mille cubitorum ſpatio definiant.*

פגן פֶּגֶז Aries, tormentum, machina bellica. *Plur. cum aff.* פְּגוּזוֹהִי tormenta ſua. Ezech. 26. 9.

פגל פִּגּוּל Fœtor, abominatio, res fœtida, res abominanda. *Uſurpatur proprie de carne fœtente ad Sacrificia inepta.* Iſa. 65. 4.

פגם Frangi, fractum, ruptum eſſe, inciſum eſſe. Pſal. 38. 9. Job 25. 5.

פְּגָמָא, פְּגִמָא, פֶּגֶם Fractura, ruptura, inciſio, ſciſſura. 1. Sam. 13. 21. *Apud Talmudicos ſæpe reperitur* פְּגִימַת הַלְּבָנָה inciſio Lunæ, *videlicet* cornua Lunæ deficientis. רָאשֵׁי הַפְּגִימָה capita inciſionis, *h. e.* cornua Lunæ creſcentis, vel decreſcentis.

פגן Vociferari, clamare. Deuter. 22. 27. *in Jonathane*. Eccleſ. 9. 17.

פְּגָן Paganus, ruſticus, idiota ſine urbanitate, *vel juxta Rabbinos* הֶדְיוֹט שֶׁאֵינוֹ יוֹדֵעַ נִימוּסֵי Idiota ignarus urbanitatis.

פְּגִינוּת Clamor, vociferatio. Pſal. 102. 2.

פּוּגְנֵי Paganus. *Dictio hæc habetur* Eſth. 4. 1. *in Targum ſecundo*. וּבְפוּגְנֵי נִגְמֵי אִנּוּן *Locus tamen cenſetur corruptus, & vox hæc cum duabus ſequentibus redundare.*

פגע Occurrere, obviam fieri, obviam venire. Prov. 17. 12. *Aphel* אַפְגִּיעַ Intercedere. Eſth. 4. 14.

פֶּגַע Occurſus, caſus, accidens, eventus. Joſ. 5. 8. 1. Reg. 5. 4. *Item* impetus.

פְּגִיעָא Oratio, precatio, interceſſio. Pſal. 17. 1.

פִּגְעִין, פְּגָעִים Dæmones, ſpiritus maligni: occurſus. Eſth. 1. 2. *in Targum ſecundo*. שִׁיר פְּגָעִים Canticum occurſuum. *Pſalmus nonageſimus primus* Qui habitat in adjutorio Altiſſimi &c. *hoc nomine a Majemonide appellatur.*

מַפְגִּיעַ *Animal quoddam exiguum immani voce ſua Leoni terrorem juxta Talmudiſtas incutiens.* Sabbàt fol. 77.

פגר *Pahel*. Demoliri, deſtruere, diruere, vaſtare. Iſa. 14. 17. 1. Reg. 19. 10. *Ithpahel* אִתְפַּגַּר deſtrui, dirui. Jerem. 50. 10. Thren. 2. 8.

פִּגְרָא, פֶּגֶר Deſtructio: corpus: cadaver. Judic. 14. 8. Iſa. 14. 19. *Plur.* פִּגְרִין, פִּגְרֵי cadavera. 2. Reg. 19. 35. Amos 8. 3.

פִּגּוּר Deſtructio: cadaver. Ezech. 6. 4. Iſa. 24. 12.

מְפַגְּרוּת Idem. Iſa. 49. 19.

פדג פַּדְגוֹגָא, פַּדְגוֹגָא Pædagogus, nutritius. Numer. 11. 12. *Fœm.* פַּדְגוֹגְתָא pædagoga, nutrix. *Hoc modo legendum* Gen. 24. 59. *pro* פַּדְגוֹוְתָהּ.

פדח פַּדַּחְתָּא, פַּדַּחַת Frons, tis. Exod. 28. 39. *in Jonathane*.

פַּדַּן, פַּדְּנָן, Jugum, par boum. 1. Reg. 19. 21. ligo. 1. Sam. 13. 20. *Plur.* פַּדְּנַיָּא, פַּדְּנִין juga. 1. Reg. 19. 19. ligones.

פַּדַּע, פִּדְעָא, פּוּדְעָא, פִּדְעָא Vul-

nus. Exod. 21. 25. *Plur.* פּוּרְעָתָא , פּוּרְעָן vulnera. Proverb. 20. 30. & 27. 6.

פְּרָא Immoſari, re aliqua diſtrahi. Proverb. 18. 2.

פְּרָיָא , פְּרַי Cerebroſus, pertinax: occupatus, diſtractus. Proverb. 18. 1.

פְּרִי *Vox abbreviata, pro* פֶּסַח הַיּוֹם Paſcha hodie. Eſth. 3. 8. *in Targum ſecundo.*

פּוּג Ceſſare, quieſcere, languere, debilitari. Eſth. 2. 1. Jerem. 48. 11. languidum, debilem, remiſſum reddere. Thren. 3. 48. amovere, avertere. *Pahel* פַּיֵּג Idem. Thren. 2. 18. *Aphel* הֲפִיג removere. 1. Sam. 1. 14.

פּוּחַ Flare, inflare, afflare: quieſcere, ceſſare. Eſth. 2. 1. *Ithpehal* אִתְפַּח inflari. *Talmudicis* reſpirare, convaleſcere ex morbo.

פִּיחַ , פַּחַ Favilla, *ſic dicta, quia leviſſimo flatu, ac vento expellitur.* Exod. 9. 8.

פּוּחָא Spiritus, flatus, ventus. Job 30. 22.

פַּחְתָּא Idem.

פַּחָא , פַּח , & פַּחְתָּא , פַּחַת Laqueus, rete. Pſal. 124. 7. & 140. 6. Job 18. 9. *Plur.* פּוּחִין laquei. Job 21. 10. *Plur. conſtr.* מִפַּחֵי תַקְלַיָּא Ex laqueis offendiculorum. Pſal. 124. 7.

פּוּל Miſceri, commiſceri: conſpergi. Num. 15. 9. Levit. 6. 33. *Participium* פִּיל miſtum, conſperſum. Levit. 14. 21. *Fœm.* פִּילָא Mixta. Levit. 6. 33. *Plur.* פִּילָן miſtæ. Exod. 29. 2. *Pahel geminatum* פַּלְפֵּל aſpergere, conſpergere. Eſth. 4. 1. *in Targum ſecundo. Ithpahel* אִתְפַּלְפַּל conſpergi, conſpergere ſe.

מְפַלְפַּל , מְפַלְפֵּל Acutus, ingenioſus, diſputator ſubtilis. Job 11. 12.

פּוּלָא , פּוּלָא , פּוּל Faba. *Plur.* פּוּלִין fabæ. 2. Sam. 17. 28. *Rabbinis in uſu* פּוּל לָבָן faba alba, פּוּל מִצְרִי faba Ægyptiaca. *Plur.* עָשְׂתָה לִי פּוּלִין parabat mihi fabas.

פּוּלִין Apoſtoli, legati. Numer. 16. 12. Deuter. 20. 10.

פּוּם , פֻּם , פּוּמָא , פּוּמָּא Os, oris. Exod. 4. 10. Deut. 31. 21. *Metaphorice* acies. *Hinc* לְפוּם , כְּפוּם , בְּפוּם juxta, ſecundum, pro ratione. Geneſ. 47. 12. Numer. 6. 21. *Reſpondet Hebræorum* לְפִי , כְּפִי. *Plur.* פּוּמִים ora: acies. Judic. 3. 16.

פּוּן , פּוּן Certe, utique: nunc, quidem. *Hæc vox eſt apud Chaldæos admodum familiaris. In Targùm nulli Hebrææ voci reſpondet. Ad emphaſim voci præcedenti addi ſolet. Sola numquam exiſtit, ſed cum aliis vocibus copulatur, ut apud Græcos* πῶς, & ποτέ. *Adjungitur nominibus, ut* כְּעִדָּן פּוּן Juxta hoc, *vel* illud tempus certe. Judic. 1. 21. *Reperitur crebro uſurpata cum particulis, ſive vocibus indeclinabilibus*, ut וּלְוַי פּוּן & utinam certe. Joſ. 7. 7. מִן צַפְרָא וְעַד כְּעַן פּוּן A mane uſque nunc certe. Ruth 2. 7. עוֹד וְעַד פּוּן Adhuc certe parum eſt, parum certe abeſt. Exod. 17. 4. *Cum Verbis etiam conjungitur.* אִתְעַכְּבוּ פּוּן וְעַד Expectate quæſo parumper. Cant. 8. 4. וַהֲוֵי פּוּן Eſſet utique. Iſa. 48. 18.

Vi-

פוס *Vide* פיס.

פוּר *Hiphil* הֵפִיר Irritum facere, frangere. *Hinc apud Rabbinos* הֲפָרָה retractatio, deſtructio, abolitio.

פּוּר Sors. *Plur.* פּוּרִין, פּוּרַיָּא ſortes. *Adhibetur tantummodo in Hiſtoria Eſther, eſtque vocabulum Perſicum.*

פוּשׁ Fructuoſum eſſe, creſcere, multiplicari: redundare, abundare. Gen. 35. 11. *Aphel* אַפֵּישׁ fœcundum reddere, multiplicare, augere, magnificare. Geneſ. 41. 52.

פוז פּוּז Aurum ſolidum. *Plur. emphat.* מָאנֵי פּוּזַיָּא vaſa aurea. Job 28. 18. *in Targum ſecundo.*

פַּזַר *Hebraice.* Diſpergere. *Hinc Chaldaice Participium* מְפַזֵּר diſpergit. Prov. 20. 8.

פְּחַד Pavere, expaveſcere. *Particip.* פָּחִיד pavens. Deut. 28. 66.

פַּחַד, פַּחְדָּא Pavor. Eſth. 8. 17. & 9. 2.

פַּחְדִין Teſtes, teſticuli. Levit. 21. 20. *Rabbini appellant* בֵּיצִים, *Talmudici* בֵּיעִין ova.

פחה פְּחֵי *Vide in* פחם.

פֶּחָה, פַּחַת Dux, præſes, princeps. Eſdræ 5. 14. *Plur. fœm.* פַּחֲוָן, פַּחֲוָתָא duces. Dan. 6. 7.

פְּחַז Saltare, ſubſilire, exilire, inſilire. Deut. 32. 15. *in Jonathane.*

פחח פְּחִיחַ, פְּחִיחַ Nudus: laceris veſtibus indutus. Iſa. 20. 2. *Plur.* פְּחִיחִין nudi. Iſa. 20. 4.

פְּחַם, לָא פְּחִים לֵיהּ Non æquiparatur ei. Prov. 3. 15. *Eodem modo lege* cap. 8. 11. *pro* פְּחֵי.

פְּחִימָא Similiter, pariter. Eſth. 3. 9. *in Targum ſecundo.*

פְּחַר, פַּחָר, פַּחֲרָא Figulus. Jerem. 18. 2. Iſa. 49. 9. teſta figulina. Job 2. 8. Pſal. 22. 16. מָאן דְּפַחַר Vas figulinum. Exod. 12. 22. טַעֲוַת פַּחֲרָא Idola figulina. Exod. 12. 12.

פַּחַת, פַּחְתָּא Foſſa, fovea. Jerem. 18. 20. *Plur.* פַּחְתָּן foſſulæ, profunditates fœdæ. Levit. 14. 37.

פטל, פִּטְלִין Folium, maſſa auri. Job 28. 16.

פַּטֵּם *Pahel.* Saginare, pinguefacere. Prov. 15. 17. *Ithpahel* אִתְפַּטַּם ſaginari. Judic. 6. 25. Pſal. 37. 20.

פַּטִּים Pinguis, ſaginatus. 2. Sam. 6. 13. Pſal. 73. 4. *Plur.* פַּטִּימִין, פַּטִּימַיָּא pingues. Amos 6. 4. 1. Reg. 4. 23. *Fœm.* פַּטִּימְתָּא ſaginata. *Plur.* פַּטִּימָן, פַּטִּימָתָא ſaginatæ. Geneſ. 41. 2. v. 4. v. 7.

פִּטּוּמָא Saginatio, pinguefactio, pinguedo. Jerem. 5. 27.

פִּטּוּמָא Miſtura, conditura, confectio aromatica. Exod. 25. 6. *in Jonathane.* פִּטּוּם הַקְּטֹרֶת Conditura aromatica ſuffitus. *Suffitus hic ex undecim aromatum ſpeciebus conficiebatur, ſicuti colligitur ex* סֵפֶר תְּפִלּוֹת; *vel* סֵדֶר libro Precum *inter Preces matutinas* שַׁחֲרִית *vocatas diei Sabbati, & ex Officio* מִזְמוֹרוֹת *dicto in die primo, atque ex libro Talmudico* כְּרִיתוֹת cap. 1.

Co-

פִּטְמָא ,פִּטּוּמֶת ,פִּטּוּמָה Corona, caput, circumferentia mammæ, papillæ rubra, *vel* nigricans. *Hinc virgo tunc viro matura eſſe dicitur*, מִשֶּׁתַּשְׁחִיר הַפִּטּוּמֶת ex quo nigreſcit corona papillæ. *In Niddà fol. 47. in* מִשְׁנָה Miſnà *tunc dicitur virgo matura viro* כדי שיהא נותן ידו על העוקץ והוא שוקע וחוזר לחזור *h. e.* cum quis imponit manum papillæ, eaque ſubſidit, & tardat reverti. עוּקָץ acumen mammæ *eſt papilla, ſive capitulum mammæ, quod infans ore capit*, פִּטּוּמָא *autem eſt* corona rubens, *h. e.* סְבִיבַת הָעוּקָץ circuitus papillæ. *Item* פִּטְמָא *eſt* acumen, caput mali citrei, mali punici, cæparum &c.

פִּטְּקָא ,פִּתְקָא Liber, litteræ, epiſtola. Eſth. 9. 32. Job 31. 35. *Plur.* פִּטִּיקַיָּא & ,פִּתְקַיָּא ,פִּתְקִין libri, epiſtolæ. Eſth. 1. 22. & 13. 13. & 8. 5.

פְּטַר Mittere, dimittere, remittere. Deuter. 22. 19. dimitti, diſcedere, migrare, emigrare: repudiare. Deuter. 24. 4. *Hinc apud Rabbinos in Conjugatione Niphal* migrare ex hac vita, mori. *Ithpehal* אִתְפְּטַר dimitti, diſcedere. Geneſ. 42. 3. *Aphel Futurum* דְּי יַפְטִיר יָתַהּ qui dimiſerit eam. Eccleſ. 7. 27. *In* בבא קמא Bavà Kamà fol. 28. הָאוֹנֵס רַחֲמָנָא פַּטְרֵיהּ *h. e.* Qui vim patitur, Deus miſericors eum dimittit, excuſatum habet, *videlicet neceſſitas, vel coactio a Deo remittitur, & excuſatur. Id uſitatiſſimum Rabbinis. In Conjugatione Hiphil* הִפְטִיר liberare, liberum facere, liberum dimittere. *Hinc* אֵין מַפְטִירִין אַחַר הַפֶּסַח אֲפִיקוֹמָן *h. e.* Non faciunt liberum, *nimirum* permittunt poſt eſum Agni Paſchalis AphiKomèn. *Quid ſit apud Hebræos* AphiKomèn *vide pag.* 21. *Nomine* מַפְטִיר *autem, quod ſignificat* Dimittens, *is ſolet ab Hebræis appellari, qui Sabbato in Synagoga lectionem ultimam Propheticam legit* הַפְטָרָה Aphtarà *dictam, quæ ubi abſoluta eſt, populus domum dimittitur.*

פִּטּוּר Repudiatio, dimiſſio. Deuter. 4. 13. *Plur.* פִּטּוּרִין dimiſſiones. Eccleſ. 7. 27. אִגֶּרֶת פִּטּוּרִין Epiſtola repudii. Jerem. 3. 8.

פַּטִּיר Azymum, infermentatum. טִין פַּטִּיר Lutum liberum, *ſive* infermentatum, *h. e. purum, nullis paleis, nullis arenis miſtum. Plur.* פַּטִּירִין ,פַּטִּירַיָּא azyma. *Fæm.* פַּטִּירָא ,פַּטִּירְתָא. *Plur.* פַּטִּירָן azyma.

הַפְטָרָה Aphtarà: Dimiſſio. *Hoc nomine vocatur ab Hebræis Lectio Prophetica, quam ſingulis Sabbatis poſt Lectionem* פָּרָשָׁה Paraſchà *legunt. Lectione enim Moſaica Pentateuchi Moſis abſoluta, eam ſubjiciunt, &* הַפְטָרָה *appellant, quia, ea ſolemniter in Synagoga lecta, cœtus dimittitur. Nullam itaque* הַפְטָרָה *reperies ſua* פָּרָשָׁה Paraſchà, *h. e.* Sectione Legis Moſaicæ *carentem, cui aliquo modo reſpondet, non ſecus ac* Epiſtolæ *in Eccleſia Catholica magna cum* Evangelio *cognatio, & affinitas intercedit. Quid ſit* פָּרָשָׁה Paraſchà, *vide pag.* 324. *hujus Lexici. Lectionis autem* הַפְטָרָה Aphtarà *iſtud initium fuit. Libris* תּוֹרָה Legis *ſub Antiocho Græcorum Rege impie combuſtis,*

Sa-

Sacrificiis Judæorum damnatis, & lectione omni tum privata, tum publica ſub pœna capitis prohibita, ne Lex Divina ab hominum animis omnino tolleretur, pie, & religioſe a nonnullis fuit inſtitutum, ut ex Prophetis eligerentur Sectiones, quæ aliquo modo quod in פָּרָשִׁיּוֹת Sectionibus Moſaicis *continetur, complecterentur. Licet autem poſtea Machabæorum virtute, Judæorum rebus in priſtinum reſtitutis, cultus quoque Divinus, & publica legendi* תּוֹרָה Legem *conſuetudo fuerit reſtituta, nihilominus religioſum hunc* הַפְטָרָה Propheticæ Lectionis *uſum ad hanc diem ſervandum cenſuerunt. Itaque ſive* הַפְטָרָה Aphtarà *nomen ſuum ſortiatur a dimiſſione Lectionis Legis, ſive a dimittendo cœtu, illud certum, & exploratum penitus eſt, hujuſmodi lectionis uſum vel ab ipſo Chriſti tempore viguiſſe. Id enim aperte colligitur ex verbis illis* Act. Apoſtolorum 13. 15. Μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ νόμου, καὶ τῶν προφητῶν. Poſt Lectionem Legis, & Prophetarum. *Placet unum præterea, & alterum textum proponere, quibus non ſolum moris hujus antiquitas probabitur, ſed etiam ritus olim in Lectione peragenda adhibitus in magno lumine collocabitur. Prior igitur locus ex Act. Apoſtolorum cap. 13. v. 27. deſumitur, ubi D. Paulus Hebræos graviter increpat Prophetarum voces ignorantes,* κατὰ πᾶν Σάββατον ἀναγινωσκομένας, quæ per omne Sabbatum leguntur, *quibus verbis* הַפְטָרָה Aphtarà *innui quilibet videt. Alterum vero locum ritus, & cæremonias oculis ſubjicientem Evangelium* D. Lucæ 4. 16. *ſuppeditat.* Καὶ ἦλθεν εἰς τὴν Ναζαρέτ, οὗ ἦν τεθραμμένος· καὶ εἰσῆλθε κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν Σαββάτων εἰς τὴν Συναγωγὴν, καὶ ἀνέστη ἀναγνῶναι. Καὶ ἐπεδόθη αὐτῷ βιβλίον Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, καὶ ἀναπτύξας τὸ βιβλίον, εὗρε τὸν τόπον, οὗ ἦν γεγραμμένον. Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμέ &c. Et venit (*Jeſus*,) Nazareth, ubi erat nutritus, & intravit ſecundum conſuetudinem ſuam die Sabbati in Synagogam, & ſurrexit legere, & traditus eſt illi liber Iſaiæ Prophetæ, & ut revolvit librum, invenit locum, ubi ſcriptum erat: *Spiritus Domini ſuper me &c.* Iſa. 61. 1. *Per hæc profecto innuitur conſuetudo legendi* הַפְטָרָה Aphtarà, *id eſt*, Lectionem Propheticam *eodem ritu, & cæremoniis, quas eamdem legentes Judæi hodierni uſurpant. Colligitur enim ex iis conſueviſſe Judæos in Synagogam die Sabbati introire, in ea ſediſſe, ſtanteſque lectionem peregiſſe, traditum fuiſſe librum* הַפְטָרוֹת Aphtararum *Lectori, Lectoremque pro munere ſuo eam inveniſſe. Hoc in loco animadverto, nunc temporis nullam eſſe* הַפְטָרָה Aphtarà, *quæ incipiat a textu* Iſaiæ 61. 1. *quem Jeſus librum evolvendo invenit. Hodierna enim* הַפְטָרָה Aphtarà *Sabbatina, quæ reſpondet* פָּרָשָׁה Paraſchà נִצָּבִים Nitzavìm, *inciditque in finem menſis Auguſti, initium ducit a verſiculo* 10. *ejuſdem Capitis* 61. Gaudens gaudebo in Domino. *Facile itaque quilibet adducetur, ut credat, hos decem verſiculos malitioſe ab Hebræis ex illo loco ſublatos, ne de ſe a Chriſto expoſitos in publica Synagoga fuiſſe faterentur. Ritus autem hic legendi Lectionem* תּוֹרָה Legis, & נְבִיאִים Prophetarum *a Synagoga in Eccleſiam Catholicam manavit. Ex libro enim octavo Conſtitutionum Apoſtolicarum Clementis Pontificis Romani, & D. Petri Apoſtoli diſcipuli colligitur, conſuetudinem hanc primis Eccleſiæ temporibus obtinuiſſe. In Ordinatione enim Epiſcoporum, & Miſſæ celebratione hæc habentur.* Mane in ſolio a reliquis Epiſcopis collocetur (*Epiſcopus Ordinatus*) cunctis eum in Domino oſculantibus, ac poſt Lectionem Legis, & Prophetarum, & Epiſtolarum noſtrarum, & Actorum, atque Evangeliorum ſalutet Eccleſiam Ordinatus, dicens &c. *Quid quod idem ſervatur etiam noſtris hiſce temporibus? Si enim Miſſam quatuor anni Temporibus celebrandam conſideres, videbis ante Evangelium collocatas eſſe Lectiones e Moſis Pentateucho, Prophetis, & Apoſtolorum Epiſtolis excerptas. Decet enim Moſis, & Prophetarum vaticinia, tamquam Evangelii præcurſores, præcedere, ſicut & Lectiones, atque Epiſtolas Novi Teſtamenti, per quas Evangelii gratia prædicatur omni creaturæ, & diffunditur in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, qui datur nobis.*

פטש

פַּטִּישׁ Malleus. *Emphat.* פַּטִּישָׁא Jerem. 23. 29. *Item* ſubligaculum, femorale. *Plur. cum affixo* פַּטְּשֵׁיהוֹן ſubligaculis ſuis, *cum* י *redundante*. Dan. 3. 21. בַּר פַּטִּישׁ filius mallei, *h. e.* malleolus.

Ele-

Digitized by Google

פִּיל, פִּילָא Elephas, barrus. 1. Reg. 22. 39. porta, janua. Gen. 19. 1. שֵׁן דְּפִיל dens elephantis, ebur. Cant. 7. 4. *Plur. emphat.* פִּילַיָּא elephantes. Cant. 6. 7. *Proverbium in* ברכות Berachòt *fol.* 55. Nemo vidit umquam neque palmam auream, וְלָא פִּילָא דְּעָיֵל בְּקוֹפָא דְּמַחְטָא neque elephantem intrantem foramen acus. *Solet uſurpari de re impoſſibili, & quæ fidem excedat. In Præfatione prima libri Zohar Mantuæ editi* בשם אלהינו ראינו להכנים פילא בקופא דמחטא *h. e.* In nomine Dei noſtri commodum exiſtimavimus introducere elephantem in foramen acus, *videlicet rem impenſe difficilem, atque arduam præſtare, opuſque immane in arctiorem, brevioremque formam contrahere. Chriſtus videtur imitatus Proverbium hoc pro* פִּיל elephanto *adhibendo* גַּמְלָא camelum *dicens* דדליל הו לגמלא למעל בחרורא דמחטא facilius eſſe camelo intrare foramen acus, quam diviti in Regnum Dei. Πάλιν δὲ λέγω ὑμῖν, εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τ̀ βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν. Iterum autem dico vobis: Facilius eſt, camelum per foramen acus tranſire, quam divitem intrare in Regnum Cœlorum. Matth. 19. 24.

פִּילֵי Porta, janua. *Plur.* פִּלְוָתָא portæ. Deuter. 20. 11.

פִּילֵי Lampades, faces, tædæ. Nahum 2. 3.

פִּיל, פִּילָא, פִּילָא, פִּיל, פִּילֵי Phiala, patera, crater: ſcutella. Geneſ. 40. 12. Judic. 5. 25. *Plur.* פִּילִין, *& fœm.* פִּילִין, פִּלְוָן *&* פִּילְוָתָא crateres, phialæ; ſcutellæ. Amos 6. 6. *Conſtr.* פִּילֵי ſcutulæ. Numer. 7. 84.

פַּיֵּס Placare, ſedare, compeſcere, perſuadere, ſecurum, contentum reddere. 1. Sam. 24. 8. *Item* ſupplicare, petere, orare, obſecrare, rogare. Geneſ. 19. 3. Eſth. 4. 8. *Aphel* אַפֵּיס Idem. *Ithpahel* אִתְפַּיַּס placari, ſedari, reconciliari. Prov. 6. 35.

Hoc Verbum פַּיֵּס *videtur deduci a Græco* πείθω perſuadeo, placo, ſecurum reddo. Ἔπεισαν τοῖς ὄχλοις. Perſuaſerunt turbis. Matth. 27. 20. *Syre* ܐܦܝܣܘ. *Sic* Actor. 12. 20. ἔπειθον, *Syre* ܘܦܝܣܘܗܝ. *Sic* 1. Joannis 3. 19. πείσομεν τὰς καρδίας ὑμῶν. Secura reddemus corda veſtra. *Ex his plane colligitur, Verbum hoc* פַּיֵּס *maxime congruere cum Græcis, & Syris.*

פִּיוּס Perſuaſio: placatio, ſatisfactio: deprecatio. Geneſ. 18. 23. *in R. Salomone. Plur.* פִּיוּסִין perſuaſiones. Geneſ. 34. 3. *in Jonathane.*

פַּיֵּס, פַּיְסָא *Vide in* פסס.

פַּסִּיאוּת Appoſite, opportune: ſuppliciter. Prov. 25. 11.

פכך *Ithpehal* אִתְפַּכַּךְ Teneri, contineri, comprehendi. Prov. 5. 22. *in Venetis.*

פַּכַּר *Pahel.* Rumpere, abrumpere, diruere, evertere, deſtruere, demoliri. Geneſ. 49. 6. *in Jonathane. Ithpehal*

Digitized by Google

bal אִתְפַּבַּר dirui, deſtrui. Geneſ. 22. 9. *in Jonathane*.

פלא *Pahel* פַּלִּי Auferre, ſufferre, amovere, removere, tollere, ſeparare, ſegregare. Deuter. 21. 9. 2. Sam. 4. 11. *Ex Aphel Futur.* וְיַפְלִי & dijudicabit, diſcernet. 1. Sam. 2. 22.

פְּלָאִין, פִּלְאִין Miracula. Exod. 8. 18. *in Jonathane*.

מַפְלִיא Mirificus, admirabilis. Iſa. 9. 6.

פִּלְאַתָא Parabola, proverbium, ſimilitudo, ænigma; interpretatio.

פְּלַג Diſtribuere, dividere, partiri, ſecare in duas partes. Geneſ. 15. 10. 2. Sam. 6. 19. blandiri. Prov. 29. 21. *Pahel* פַּלֵּג idem. Geneſ. 49. 17. *Aphel* אַפְלִיג dividere: blandiri. Prov. 28. 23. *Ithpehal* אִתְפְּלַג, *vel Ithpahel* אִתְפַּלַּג dividi, diſtribui: blandiri. Geneſ. 10. 25. Job 21. 21.

פְּלִיגָא, פְּלִיג Divisum, diverſum. Dan. 2. 41. Pſal. 44 19. *Plur.* פְּלִיגִין diviſa, diverſa: partes. 1. Reg. 18. 21.

פַּלְגָא, פְּלַג Pars, particula, medium, dimidium. Geneſ. 15. 10. Exod. 25. 10. *Plur.* פַּלְגַיָּא, פַּלְגִין partes. Geneſ. 15. 11.

פְּלוּג Pars, fruſtum: portio: diſtributio. Joel. 3. 2. 2. Sam. 6. 19.

פַּלְגוּתָא, פַּלְגוּת, פַּלְגִי Medium, dimidium, dimidia pars. Numer. 31. 42. diviſio, diſtributio. Exod. 30. 13. ſchiſma, diſſenſio, diſſidium. *Plur.* פַּלְגְוָתָא, פַּלְגְוָן partes. 1. Reg. 18. 21.

פְּלוּגְתָא, פְּלוּגָא Diviſio, diſtributio, partitio. *Plur.* פְּלוּגָת, פְּלוּגָן diviſiones.

פַּלְגְּלִיסָא, פַּלְנִיסָא Scopus, ſignum ad jaculandum propoſitum. Thren. 3. 12. 1. Sam. 20. 20.

פַּלְנִיסִין Verueces. Pſal. 37. 20.

פֵּילָגוֹס, פְּלָגוֹס Oceanus, pelagus. Pſal. 46. 3. בְּפֵילָגוֹס יַמָּא רַבָּא In pelagus maris magni. Pſal. 46. 3. *Hebraice* בְּלֵב יַמִּים in cor, *h. e.* medium maris. *Sic* Matth. 18. 6. ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης, in profundum maris.

פלד פַּלְדְּסִין, פְּלָדְסִין Sindones. Judic. 14. 12. *Item* loculi, marſupia. 2. Reg. 5. 23.

פְּלַח Servire, colere. Ezech. 18. 11. operari, laborare, ſervire. Geneſ. 29. 20. & 30. 26. ſecare, diſſecare, findere, diffindere. Pſal. 141. 7. *Ithpehal* אִתְפְּלַח laborari, coli, excoli. *Participium* מִתְפַּלְחָן diſſecant ſe. Job 39. 6. *Pahel* פַּלַּח ſervire, colere, operari. Iſa. 9. 5. *Item* laborare facere. *Aphel* אַפְלַח ſervire facere, ſervitutem imponere. Exod. 1. 13. Ezech. 29. 18.

פִּלְחָא, פְּלַח Fragmen, fruſtum: ſegmentum, meta, lapis molaris inferior. Job 41. 15. *Plur.* פִּלְחֵי ſegmenta, ſectiones. Exod. 34. 19. *in Targum Hieroſolymitano*.

פּוּלְחָנָא, פּוּלְחָן Cultus, cultura, ſervitus, miniſterium, opus, operatio, labor. Numer. 18. 21. Judic. 10. 13.

פּוּלְחָנוּת Labor, cultus, ſervitus, cultura. Eccleſ. 5. 8.

פּוֹלֵחַ, פַּלְחָא, פַּלַּח Cultor terræ, agricola, vinitor. *Plur.* פַּלְחֵי, פַּלְחִין agricolæ.

פְּלַט Evomere, exſpuere, ejicere. Levit. 18. 28. Deuter. 25. 18. evadere, eripi, liberari. Prov. 12. 13. *Pahel* פַּלֵּט exſpuere, ejicere; eripere, liberare. Job 21. 10.

פַּלְטִיתָא, פְּלַטְיָא Platea: latitudo. Job 37. 10. *Plur. maſc.* פְּלַטְיָא, *& fœm.* פַּלְטְיָן Num. 22. 39. *in Jonathane.* פַּלְטִיָּת, פְּלַטְיָן Pſal. 144. 14. Gen. 42. 6. *in Jonathane.*

פְּלַטְיוּתָא Idem. *Item* latitudo, amplitudo. Pſal. 55. 11.

פַּלְטִין, פַּלְטִין Palatium, palatia. Thren. 4. 1.

פַּלְטֵירִין, פַּלְטֵירָא, פַּלְטֵיר Idem. Eſth. 2. 21. & 4. 2. *Apud Rabbinos in plurali* פַּלְטְרִיּוֹת palatia.

פֶּלֶךְ Provincia, tractus, regia. Deut. 3. 4. ſcipio, baculus. 2. Samuel. 3. 29. *Plur.* פִּלְכַיָּא, פִּלְכִין regiones. Eſth. 1. 1. & 3. 11. & 8. 9.

פֶּלֶךְ Colus *Rabbinis*. Scipio, baculus. 2. Sam. 3. 29. *Tritum eſt apud Hebræos:* אֵין חָכְמָה לְאִשָּׁה אֶלָּא בְּפֶלֶךְ Non eſt ſapientia mulieri, niſi in colo. *Si enim mulier vulgaris alia præter colum, & res domeſticas agere velit, & iis, quæ ad viros pertinent, ſe immiſcere, plane ineptit, errat, & fœde, ac turpiter labitur. In Bereſchit Rabbà ſect. 71.* לאה תפסה פלך הודיה Lia apprehendit colum gratiarum actionis, *vel* celebrationis. *His verbis ſignificare volunt Rabbini, Liam ſe convertiſſe ad agendas gratias Deo, ejuſque bonitatem, atque clementiam celebrandam tanto animi ardore, atque alacritate, quaſi hæ laudes ejus proprium opus, & exercitium muliebre fuerint.*

פלל *Hithpahel* הִתְפַּלֵּל Precari, orare. *Hebraice. Hoc Verbum Chaldaice redditur per* צַלֵּה.

תְּפִלָּה Precatio, Oratio. סֵפֶר תְּפִלּוֹת Liber Precationum, *vel* סֵדֶר תְּפִלּוֹת Ordo Precationum, *eſt liber, quo vulgo Hebræi quotidie utuntur, in Sabbato, & aliis Feſtis minoribus. Etenim in* שָׁלֹש רְגָלִים tribus Feſtis præcipuis, *ac principibus adhibent præterea* מַחֲזוֹר Machazòr, *&* סְלִיחוֹת Selichòt, *quos libros in variis Urbibus variiſque formis editos facile invenies.*

Quoniam de Libris Precum, quæ in uſu ſunt apud Hebræos, mentionem injecimus, placet in præſens addere Litanias Hebræorum, quas Chriſtifidelium more recitant, ut per Angelos a Deo opem petant. R. Eliezer HaKalir Poeta inſignis inter Hebræos hujuſmodi ſupplicationes Litanicas compoſuit, ac præterea ſupplicationem quamdam יוֹם הַכִּפּוּרִים die Expiationum recitandam, *quæ incipit* ארוממך Aromemchà, *h. e.* Exaltabo te &c. *Utraſque uſurpant Hebræi, Dei, Angelorumque auxilium, ubi neceſſitas poſtulet, flagitantes. Ordine Alphabetico digeſtæ ſunt, clauduntur que Michaelis Archangeli invocatione, quem Synagogæ defenſorem acerrimum eſſe, populique Judaici Patronum contra quoslibet adverſarios ſibi perſuadent. Hæ autem ſunt ſequentes.*

Digitized by Google

LITANIÆ JUDÆORUM.

Teſtimonium de R. Eliezer HaKalir.

ר׳ אליעזר הקליר חבר פיוטים לאוכנוים שאומרים
ביום הכפורים: וששה בקשה על ארוממך
ובה בקשים רחמים ממלאכי מעלה וקורים
אותם על סדר אלפא ביתא בשם

Hic incipinnt Litaniæ Judæorum cum Interpretatione Latina.

אכתריאל השר התפלל בעד ישראל

א O Actariel Princeps ora pro Iſraele.

ברכיאל השר התפלל בעד ישראל

ב O Barachiel Princeps ora pro Iſraele.

גבריאל השר התפלל בעד ישראל

ג O Gabriel Princeps ora pro Iſraele.

דרשיאל השר התפלל בעד ישראל

ד O Daraſciel Princeps ora pro Iſraele.

הדרניאל השר התפלל בעד ישראל

ה O Hadraniel Princeps ora pro Iſraele.

וותקיאל השר התפלל בעל ישראל

ו O Vuatachiel Princeps ora pro Iſraele.

זכריאל השר התפלל בעד ישראל

ז O Zachariel Princeps ora pro Iſraele.

חסדיאל השר התפלל בעד ישראל

ח O Chaſdiel Princeps ora pro Iſraele.

טוביאל השר התפלל בעד ישראל

ט O Tubiel Princeps ora pro Iſraele.

יוהל השר התפלל בעד ישראל

י O Jeoel Princeps ora pro Iſraele.

כבדיאל השר התפלל בעד ישראל

כ O Cavadiel Princeps ora pro Iſraele.

לראל השר התפלל בעל ישראל

ל O Larael Princeps ora pro Iſraele.

מלכיאל השר התפלל בעד ישראל

מ O Malachiel Princeps ora pro Iſraele.

סמכיאל השר התפלל בעד ישראל

ס O Samachiel Princeps ora pro Iſraele.

עתריאל השר התפלל בעד ישראל

ע O Attariel Princeps ora pro Iſraele.

פתחיאל השר חתפלל בעד ישראל

פ O Patachiel Princeps ora pro Iſraele.

צדקיאל השר התפלל בעד ישראל

צ O Tzadachiel Princeps ora pro Iſraele.

קדושיאל השר התפלל בעד ישראל

ק O Keduſciel Princeps ora pro Iſraele.

רזיאל השר התפלל בעד ישראל

ר O Raziel Princeps ora pro Iſraele.

שמריאל השר התפלל בעד ישראל

ש O Sciamariel Princeps ora pro Iſraele.

The-

Digitized by Google

תמימיאל השׂר התפלל בעד ישׂראל

ת O Themimiel Princeps ora pro Iſraele.

מיכאל השׂר התפלל בעד ישׂראל

מ O Michael Princeps ora pro Iſraele.

ובסוף אמר מיכאל השׂר שׁל רחמים התפלל בעד ישׂראל לרד במרומים באור פני מלך יושב כסא רחמים: כמו נאמר למטה ונבוא על הבקשׁה בארוך: ותראה שׁגם היהודים המקדמים היו מבקשׁים ממלאכים טובים וקדשׁים שׁהתפללו בערם.

In Codice antiquo תְּפִלּוֹת Precum *Hebræorum Lingua Hebraica manu ſcripto, qui in Bibliotheca Vaticana Romæ aſſervatur, leguntur Judæorum Litaniæ, quas olim Synagoga in publicis ſupplicationibus recitare ſolebat, cum precatione præcedenti* ארוממך Aromemchà, *quas Latine ad verbum redditas curioſis, & eruditis Lectoribus exhibemus. Hæ autem ſunt in Bibliotheca ad num. 315. p. 255. Pergam. in folio.*

ארוממך שׁם הנכבד והנורא: יהוה אלהותך
נערץ ונקדשׁ עמך שׂרי נהורא:

Exaltabo te nomen glorioſum, & terribile. Domine Divinitatem tuam timebimus, tecumque Principes ſplendoris ſanctificabimus.

א׳ אכתריאל השׂר חלץ ישׂראל מכל צוקה וצרה מהר ישׁועתך תחישׁ גאולה מהרה: בכל יום משׁברים לישׁועתך ולך קוינו: ברוך ומבורך שׁמך מלכנו ואלהינו:

Hoc eſt.

א׳ 1. *Actariel Princeps*, (Angele) libera Iſraelem ab omni afflictione, & anguſtia, accelera ſalutare tuum, ſollicita redemptionem cito. Quotidie mercenarii ſumus, ſalutare tuum, ac te expectamus. Benedictum, ac benedicendum nomen tuum Rex noſter, & Deus noſter.

ב׳ ברכיאל השׂר אמץ זרועינו כי תשׁ כחנו: חסדך ואמתך אל תסיר ממנו: גדול וגבור ומהולל ואין חקר לגדולתך גדל זרוע לבקרים כי אין סוף לתבונתך:

Hoc eſt.

ב׳ 2. *Barachiel Princeps*, fortifica brachia noſtra, quoniam infirmata eſt virtus noſtra. Miſericordiam tuam, & veritatem tuam ne removeas a nobis. Magne, & potens, & laudabilis, cujus magnificentia eſt inveſtigabilis, magnifica brachium diluculo, quoniam infinita eſt intelligentia tua.

Hoc

Digitized by Google

ג׳ גבריאל השר נחץ יום לקרוב ישועתך יום נקם תמהר שנת גאולתך: דור לדור שבחו גבורות מעשיך אשר עשיתה לעם עמוסך:

Hoc eſt.

ג׳ 3. *Gabriel Princeps*, accelera diem, ut appropinquet ſalutare tuum, diem ultionis acceleres, annum redemptionis tuæ. Generatione in generationem obliti ſunt fortitudinum operum tuorum, quæ feciſti populo, quem tu bajulas.

ד׳ דרשיאל השר דרש טובה לעם חוסיך: קבץ פזורינו מבין הגוים ברוב נסיך: הדר כבוד הודך אשיחה כל נפלאותך כי אין כמוך ואין כמעשיך והגבורתך:

ד׳ 4. *Daraſciel Princeps*, inquire bona populo, qui ſperat in te. Congrega diſperſiones noſtras ex gentibus, in multitudine miraculorum tuorum. Redde gloriam; eloquar omnia mirabilia tua, quoniam non eſt ſimilis tui, & non eſt, qui faciat opera tua, ac fortitudinem tuam.

ה׳ הדרניאל השר תהדר עמך ונחלתך כי נכלמנו מאד לצפות לישועתך ועזוז נראתיך: יאמרו ומשלשים בכל יום לך אלהי הצבאות נורא ואיום:

ה׳ 5. *Hadraniel Princeps*, honorifica populum tuum, & hæreditatem tuam, quoniam ignominia affecti ſumus valde, dum reſpicimus ad ſalutare tuum, & fortitudinem mirabilium tuorum. Ter quotidie dicent tibi, Deus exercituum terribilis, & formidabilis.

ו׳ ווחקיאל השר חבקש גאולתינו בצביון מאלהים ישלח נצח ישע ופריום: זכור רב טובך מביעים וצדקתך מרננים קדוש וברוך ומבורך שמך מפי עליונים ותחתונים:

ו׳ 6. *Watachiel Princeps*, inquire redemptionem noſtram libenter a Deo; mitte victoriam, ſalutem, ac redemptionem. Memoriam multitudinis bonitatis tuæ petimus, & juſtitiam tuam cantamus; ſanctum, & benedictum, & benedicendum ſit nomen tuum ex ore ſuperiorum, & inferiorum.

ז׳ זכריאל השר זכר ברית אבות לשומרי יהוה ארונינו: מה אדיר שמך ובקרש נאדר:

ז׳ 7. *Zachariel Princeps*, memento fœderis Patriarcharum cuſtodientium Dominum Deum noſtrum. Quam magnificum eſt nomen tuum, & in ſanctitate magnificatum eſt!

ח׳ חסדיאל השר תרחם עם המקדישין בהדר יהוה עז לעמו יתן וכבודו במשן רד: טוב יהוה לכל ומרחם עמוסים מבטן לך מהדרים ומקלסים:

ח׳ 8. *Chaſdiel Princeps*, miſerere populi ſanctitatem facientis cum decore; Dominus fortitudinem populo ſuo dabit, & glo-
riam

Digitized by Google

riam ſuam in habitaculo ſparget. Bonus es cunctis, Domine, & miſereris eorum, qui portantur ab utero, ac te honoraot, & laudant.

ט׳ טביאל השר טיב לעם קרושים כי הוא אל ארון על כל המעשים יורוך יהוה צדיקים וחסידיך מברכים את שמך הגרול והגבור בקרשה עורכים:

ט׳ 9. *Tubiel Princeps*, benefac populo Sanctorum, quoniam ipſe eſt Deus Dominus ſuper omnes populos; juſti confitebuntur tibi, Domine, & Sancti tui benedicent nomini tuo magno, & forti, in ſanctitate præparaotes.

י׳ יהואל השר אמרי נעמך תיישר לפני מלך מלכי המלכים: השקיפה ממעון קרשך לעם אשר לך פירהים ובורכים וכבוד מלכותך מאמירים ואתה מאבירנו גרולתך וגבורתך מהללים ארירנו:

י׳ 10. *Jeoel Princeps*, eloquia tua jucunda diriges coram Rege Regum ſuper Reges. Reſpice de habitaculo ſanctitatis tuæ populum, qui tibi fructificat, & benedicit, & gloriam Regni tui exaltat; & tu exalta nos magnificentia tua, & laudabimus fortitndioem tuam, qui es fortis noſter.

כ׳ כבריאל השר חן כביד לאל עבורינו: גרול ארונינו מרשיעינו והוא יעזרינו להוריע לבני האדם וכבוד מלכותו: ברוך זכרו לרור רורים קרשתו:

כ׳ 11. *Cavadiel Princeps*, da gloriam Deo propter nos. Contra magnum Dominum impie egimus, & ipſe auxiliatus eſt noſtri, ut notam faceret filiis hominum gloriam Regoi ſui. Beoedicta ſit memoria ejus in geoerationem geoerationum ſanctitatis ejus.

ל׳ לראל השר בקש חן מפי המבורך לערתו שומר הברית והחסר לשומרי אמונתו: מלכותך קיים לעולמי עולמים וממשלתך בכל רור ורור לערי ער מקוימים:

ל׳ 12. *Larael Princeps*, require gratiam ab ore ejus, qui benedicitur a cœtu ſuo, qui cuſtodit pactum, & miſericordiam cuſtodientibus fidem ejus. Regnum tuum firmum ſit in ſæcula ſæculorum, & dominatio tua in omni generatione & generatione, & in ſæcula æternitatis confirmetur.

מ׳ מלכיאל השר מליך מלכנו מפי חי עולמים משיח צרקנו שלח כמה שלומים: סומך יהוה לנפלים וזוקף כפופים זקוף אוהביך טהורי לב בנקיון נפים:

מ׳ 13. *Malachiel Princeps*, regna Rex ooſter ex ore viventis in ſæcula; Meſſiam juſtitiam noſtram mitte ſocietatem retributionum. Domine, qui cadentes ſuſtentas, & iocurvatos elevas, erige diligentes te, qui in corporis munditia ſunt mundi corde.

ס׳ סמכיאל השר סמוך הנכשלים

Sa-

ובתפילתם רצופים עשה למען הרוגים
על שם קדשו ונשרפים: עיני כל
משברים אליך לבקש מזונות תטריף
לחם חקם בכל עונות:

ס́ 14. *Samachiel Princeps*, ſuſtine eos, qui ſunt debiles, & in ſua oratione proſtrati; effice propter interfectos, & combuſtos ob nomen ſanctum ejus (*hoc eſt ob merita Martyrum, quos Hebræi falſo jactitant.*) Oculi omnium mercenariorum ad te reſpiciunt ad quærenda alimenta; ciba eos pane, qui illis congruit in omnibus iniquitatibus (*id eſt quamvis peccent.*)

ע́ עתריאל השר תֶּעְתַּר לפני שוכן
מעונות: שמעה תפילתנו יהוה והאזינה
סליחות בחונות: פותח יד ומשביע לכל
חי ברצון: ואתה קדוש יושב תהלות
קבץ נרוחי צאן:

ע́ 15. *Attariel Princeps*, ora coram Habitatore tabernaculorum. (*ita Deum vocant.*) Audi orationem noſtram, Domine, & auribus percipe obſecrationes cum gratia. Aperi manum, & ſatia omnes viventes in beneplacito. Et tu ſancte, qui habitas laudes, oves diſperſas congrega.

פ́ פתחיאל השר פתח ספרך וקרא
בו בפנימי וחיצון לזכות את ישראל
להושיעם מלחצון צדיק וחסיד וכל דרכיו
הגונים ותיק על כל מעשיו מהללים
ונאמנים:

פ́ 16. *Patachiel Princeps*, aperi librum tuum, & lege in eo intus & foris meritum Iſraelis ad ſalvandum eos ab oppreſſione, juſtum, & ſanctum, & omnes vias ejus convenientes, & dirige omnia opera ejus laudabilia, & fidelia.

צ́ צדקיאל השר צדק לעם דרבנים
אמץ סניגורים וחליש קטיגורים שנונים:
קרוב יהוה לנשברי לב בכל קראי שמו
באמת: ייחוד הודו ואלהותו המתקיימת:

צ́ 17. *Tzadachiel Princeps*, juſtifica populum, robora advocatos, & debilita Accuſatores acutos. Propinquus eſt dominus contritis corde, omnibus invocantibus nomen ejus in veritate. Uniatur decor ejus, & divinitas ejus ſurgat.

ק́ קדושיאל השר קדש ישראל
בטהרה לעבדו באמת: באמת ברא
עולמו וקיימו באמת: רצון יריאך תעשה
ותשמע שועתם תושיעם ושמרם האל
הנאמן מכל צרותם:

ק́ 18. *Keduſciel Princeps*, ſanctifica Iſraelem in puritate ad ſerviendum ei in veritate. In veritate creavit Mundum ſuum, & in veritate firmavit illum. Voluntatem timentium te facias, & audias eorum clamorem, liberes eos, & cuſtodias, Deus fidelis, ab omnibus eorum afflictionibus.

ר́ רזיאל השר ראשית חכמתך
ויראתך בתורתם: רזי לי יהוה את כל
אוהביו אום משולשם: שומר יהוה את
כל אוהביו אום משולשה והרשעים
ישמיד כי ממך נפרשה:

Ra-

ר 19. *Raziel Princeps*, initium ſapientiæ tuæ, & timoris tui eſt in lege eorum. Arcanum meum mihi Deus cum omnibus diligentibus illum, qui ſunt gens triplex. Cuſtodit Dominus omnes diligentes eum, qui ſunt gens triplex. Et impios diſperget, quoniam a te diviſa eſt.

ש שמריאל השר שמור צאן הַמְקֻדָּשָׁה
שומרי אמונך: שמור בשלושי קרשתך
בשלשה תהלתך וקרשתך פינו ידבר:
שם עלינו שלומך ותצילנו מִדֶּבֶר:

ש 20. *Sciamariel Princeps*, cuſtodi oves ſanctificatas cuſtodientes fidem tuam. Cuſtodi in Trinitate ſanctitatis tuæ in trina laude tua; & ſanctitatem tuam os noſtrum loquetur. Pone ſuper nos pacem tuam, & libera nos a morte.

ת תמימיאל השר תמיד יהיה רצונו
להצילנו משבר ואנחנו נברך יה מעתה
ועד עולם ולעולמי עולמים: ורין עלינו
לברך ולשבח כי בשמך אנחנו רשומים:

ת 21. *Themimiel Princeps*, jugiter ſit beneplacitum ejus ad liberandum nos a contritione, & nos benedicentes Deo ex nunc, & uſque in ſæculum, in ſæcula ſæculorum. Exultamus benedicentes, quoniam in nomine tuo ſignamur.

מ מיכאל שר של רחמים התפלל
בעד ישראל לרד במרומים באור פני
מלך יושב על כסא רחמים: אל מלך:

מ 22. *Michael Princeps Miſericordiarum ora pro Iſraele*, ut dominetur in excelſis in luce vultus Regis ſedentis ſuper ſolium miſerationum.

LITANIARUM HEBRAICARUM FINIS.

Ex his Litanicis Precibus aperte colligitur, Sanctos Angelos ab Hebræis Sanctorum Spirituum nomine invocari, licet non omnes pro Sanctis Spiritibus habendi ſint, Martyrumque memoriam commendari, quodque admirationem non mediocrem affert, Angelorum cuſtodiam Sanctiſſimæ Trinitatis nomine oſtendi, ad quos Preces porriguntur verbis illis הִתְפַּלֵּל בְּעַד יִשְׂרָאֵל Ora pro Iſraele, *quæ omnino reſpondent iis, quæ apud Chriſtifideles uſurpantur*, Ora pro nobis.

Si Judæus forte mihi objiciat שָׁלוֹשׁ *Scillùs*, h. e. *Trinitatis* nomine in littera ש non eſſe intelligendam Trinitatem Chriſtianorum, quomodo ab eo me expediam, quidque reponam?

℟. *Quæ tibi fortaſſe a Judæo de voce* שָׁלוֹשׁ *objici poſſunt, ſatis ſcio, nimirum per eam Deum laudari, non autem Trinitatem Sanctiſſimam deſignari. Sed fruſtra ſe ex anguſtiis, in quas ſponte Hebræi veniunt, eripere conantur. Cur enim Triſagium etiam ipſum* Iſa. *6. 3.* קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ יְהֹוָה צְבָאוֹת Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus exercituum *tanta ſuperſtitione cantillant, ut ſtantes, & pedibus æqualiter extenſis, calcaneiſque ſimul ele-*

Digitized by Google

elevatis, erecto corpore ter in altum ſubſiliant? Profecto nulla alia trina huic repetitioni, ceremoniiſque ſignificatio ſubeſſe poteſt, quam Sanctiſſimæ Trinitatis in Unitate Eſſentia. Sed negent, ut libet, Judæi hæc, negare certe non poterunt Sacras Scripturas de Trinitate loquentes, & cæremonias fere omnes a Rabbinis ſub Trino nomine præceptas, quæ omnia plane evincunt, antiquis חֲכָמִים Sapientibus *Hebræorum lumen quoddam Sanctiſſimæ Trinitatis affulſiſſe.*

Si autem tu quæras, cur in Litaniis ſupra allatis Alphabetico ordine digeſtis omittatur littera נ Nun, *ſcito, ideo nomen Angeli a littera* נ Nun *incipientis de induſtria ab Hebræis relinqui, quia illa littera mali ominis Iſraeli eſſe exiſtimatur. Id vero ſibi perſuadens ex verbis illis* Amos 5. 1. נָפְלָה לֹא תוֹסִף Cecidit, non addet ſurgere. *Cæterum ex adhuc dictis plane infertur, etiam apud Judæos antiquis temporibus in more poſitum fuiſſe, ut Beatos Spiritus invocarent, uti Eccleſia Catholica ſemper aſſuevit, non vanos illos quidem, & ſuperſtitioſos, ut plerique ſunt ex recenſitis, ſed Sanctos Angelos, & Archangelos, Michaelem, Raphaelem, & Gabrielem, qui indigentibus opem, & auxilium ferant tamquam a Deo dilecti, &* λειτουργικὰ πνεύματα, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν, adminiſtratorii Spiritus, in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis, *quemadmodum ait Apoſtolus ad Hebræos cap.* 1. *v.* 14. *Neque deſunt Sacrarum litterarum teſtimonia, quæ Sanctorum Angelorum invocationem probent.* Geneſeos *enim* cap. 48. v. 16. *hac habentur:* הַמַּלְאָךְ הַגֹּאֵל אֹתִי מִכָּל־רָע יְבָרֵךְ אֶת־הַנְּעָרִים וגו Angelus, qui eruit me ab omni malo, benedicat pueris &c. *quos Angelos in auxilium vocatos pro Eccleſia coram Deo preces effundere colligitur ex* cap. 1. Zachariæ v. 12. וַיַּעַן מַלְאַךְ יְהוָה וַיֹּאמַר יְהוָה צְבָאוֹת עַד מָתַי אַתָּה לֹא תְרַחֵם אֶת־יְרוּשָׁלַיִם וְאֵת עָרֵי יְהוּדָה אֲשֶׁר זָעַמְתָּה זֶה שִׁבְעִים שָׁנָה׃ Et reſpondit Angelus Domini, & dixit: Domine exercituum, uſquequo tu non miſereberis Jeruſalem, & urbium Juda, quibus iratus es? Iſte jam ſeptuageſimus annus eſt. *Adde, Angelos quotidie nos cuſtodire, & contra Diaboli nequitiam nos defendere, juxta illud* Pſalmi 90. מַלְאָכָיו יְצַוֶּה לָּךְ לִשְׁמָרְךָ בְּכָל־דְּרָכֶיךָ Angelis ſuis mandabit de te, ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis.

DE CONFESSIONE HEBRÆORUM.

Dum hæ Litaniæ Hebræorum preces prælo committerentur, accidit, ut Vir quidam eximius, & maxima litterarum, omnigenæque eruditionis laude commendatus in zothecam meam ingrederetur, quicum dum colloquerer, paginam recens prælo committendam conſpicatus in manus ſumpſit, pauliſperque legens a me quæſivit, utrum umquam quidquam de

Vid-

Digitized by Google

וִדּוּי Viddùi, *h. e.* Confeſſione *ab Hebræis uſitata evulgaſſem, quam valde acceptam fore Philo-Hebræis conſtanter aſſeruit. Reſpondi, me de illa quamprimum edenda in quibuſdam Diſputationibus meis, quibus ſupremam manum jam impoſui, cogitaſſe. At ille:* cur non ſtatim? operæ pretium habebis, & pergratum Chriſtifidelibus omnibus facies. *Quid plura? eo me adegit humaniſſimis verbis ſuis, & rationibus, ut ei pollicerer, me, quod hortabatur, facturum. Itaque hac promiſſione me liberans, fidemque datam perſolvens, eam tibi, benigniſſime Lector, exhibeo.*

Licet autem Hebræi alii alia confitendi ratione pro regionum varietate utantur, Synagoge tamen in Italia præſertim ſitæ peccatorum Confeſſionem וִדּוּי Viddùi *appellatam adhibent, quæ certis quibuſdam verbis, & ſententiis concepta eſt, a quibus recedere ne latum quidem unguem licet, tantaque reverentia ſtatutis temporibus editur, ut ad ſingulas voces a Deo peccatorum veniam expoſtulantes pectus contundant. Porro inter reliquas Preces* יום הַכִּפּור Jom Hachippùr, *h. e.* Diei Expiationis *collocata eſt, ejuſque ſententiæ juxta ordinem Alphabeti Hebraici diſpoſitæ. Judæis ætate confirmatis, ac potiſſimum Italis, venia datur eadem die Expiationis quinque vicibus eam repetendi, nimirum in pervigilio diei Expiationis ad veſperas, noctis initio ejuſdem vigiliæ, horis matutinis diei Expiationis, in precatione dicta* מוסף Muſsàph *in jejunio Chippùr, tandem in Supplicatione vocata* עבודה למוסף צום כִּפּור Avodà lemuſsàph tzom Chippùr.

Confeſſionis Initium cum Interpretatione Latina.

יְהִי רָצוֹן מִלְּפָנֶיךָ יְהוָה אֱלֹהֵינוּ וֵאלֹהֵי אֲבוֹתֵינוּ שֶׁתִּשְׁלַח וְתִמְחוֹל לָנוּ עַל כֹּל עֲוֹנוֹתֵינוּ וּפְשָׁעֵינוּ וּתְכַפֵּר לָנוּ עַל כֹּל חַטֹּאתֵינוּ׃

Hoc eſt.

Sit beneplacitum coram te, Domine Deus noſter, & Deus Patrum noſtrorum, ut condones, & remittas nobis iniquitates noſtras, & prævaricationes noſtras, & propitius ſis omnibus peccatis noſtris.

עַל חֵטְא שֶׁחָטָאנוּ לְפָנֶיךָ׃
Peccatum, quod peccavimus coram te

עַל חֵטְא שֶׁחָטָאנוּ לְפָנֶיךָ בְּאוֹנֶס׃
Peccatum, quod peccavimus coram te per violentiam.

בִּבְלִי דַעַת׃
Per inſcitiam.

בְּגָלוּי׃
Publice.

בְּרַעַת וּבְמִרְמָה:
Scite, & doloſe.

בְּהִרְהוּר הַלֵּב:
Cordis cogitatione.

בְּוִדּוּי פֶּה:
Oris confeſſione.

בְּזָדוֹן:
Superbia.

בְּחוֹזֶק יָד:
Manu violenta.

בְּטִמְאַת שְׂפָתָיִם:
Labiorum immunditia.

בְּיֵצֶר הָרָע:
Prava concupiſcentia.

בְּיוֹדְעִים:
In rebus notis.

בְּלֹא יוֹדְעִים:
In ignotis.

בְּכַחַשׁ וּבְכָזָב:
In mendacio, & fallacia.

בִּלְשׁוֹן הָרָע:
Lingua maledica.

בְּמַרְאִית הָעַיִן:
Oculorum viſu.

בְּנֶשֶׁךְ וּבְמַרְבִּית:
Fœnore, & uſura.

בְּשִׂיחַ שִׂפְתוֹתֵינוּ:
In colloquio labiorum noſtrorum.

בְּעֵינַיִן רָמוֹת:
Oculorum elatione.

בְּפִתְחוֹן פֶּה:
Oris apertione.

בִּצְעָדֵי רַגְלִים:
Greſſibus pedum.

עַל חֵטְא שֶׁחָטָאנוּ לְפָנֶיךָ:
Peccatum, quod peccavimus coram te.

עַל חֵטְא שֶׁחָטָאנוּ לְפָנֶיךָ:
Peccatum, quod peccavimus coram te.

עַל חֵטְא שֶׁחָטָנוּ לְפָנֶיךָ:
Peccatum, quod peccavimus coram te.

Mo-

עַל חֵטְא שֶׁחָטָאנוּ לְפָנֶיךָ׃
Peccatum, quod peccavimus coram te.

בִּקְפִיצַת יָד׃
Motu manuum.

בְּרָצוֹן׃
Studioſe.

בִּשְׁגָגָה׃
Ignoranter.

בְּתִמְהוֹן לֵבָב׃
In ſtupore cordis.

עַל חֲטָאִים שֶׁאֲנַחְנוּ חַיָּבִים עֲלֵיהֶם
Remitte nobis peccata, quorum rei ſumus,
& tenemur offerre Sacrificium

Pro reatu.	אָשָׁם
Pro peccato.	חַטָּאת
Holocauſtum.	עוֹלָה
Oblationem.	קָרְבָּן

Et tenemur pœna

Mortis,	מִיתָה׃
Abſciſſionis,	כָּרֵת׃

מִיתָה בִּידֵי שָׁמַיִם׃
Mortis per manum Cœli.

אַרְבַּע מִיתוֹת בֵּית דִּין׃
Vel, quatuor generum mortis domus Judicii.

סְקִילָה׃ שְׂרֵיפָה׃ הֶרֶג׃ וְחֶנֶק׃
Id eſt, Lapidationis, Uſtionis, Cædis *capitis*, & Strangulationis.

וּמַלְקוּת אַרְבָּעִים מִצְוֹת עֲשֵׂה׃
Flagellationis quadraginta (*plagarum*) omiſſionis Præceptorum affirmativorum.

וּמִצְוֹת לֹא תַעֲשֶׂה וכו׳
Et tranſgreſſionis Præceptorum negativorum.

CONFESSIONIS JUDÆORUM FINIS.

Hæc autem Judæorum Confeſſio ſolet vulgo appellari וִדּוּי הַגָּדוֹל Viddùi haggadòl, *h. e.* Confeſſio magna, generalis, *quia generalibus quibuſdam ſententiis conſtat, numquam-*
que

Digitized by Google

que immutatur, & ea religione, ne dicam ſuperſtitione a cujuſcunque ætatis Judæis recitatur, ut ne voculam quidem ex ea ſponte omittant. Hinc fit, ut pueri, & puellæ omnino ſimplices, & rerum humanarum ignaræ de fœnore, uſura, reliquiſque delictis ſe accuſent, quæ non modo propter ætatem patrare non poſſunt, ſed ne cognitione quidem aſſequi.

Huic vero Judæorum Confeſſioni nulla omnino vis ſubjecta eſt. Ut enim Confeſſio vim ſuam obtineat, inter cætera requiritur, ſicuti cuilibet plane compertum eſt, eam eſſe diſtinctam, adeo ut peccata, & ſcelera ſecundum propriam ſpeciem ſingillatim peccator fateatur, & ea, quæ circumſtant, exprimat, v. g. ſacrilegia, adulteria, homicidia, furta, blaſphemias ſeorſim, & juxta numerum, licet clam, remotiſque arbitris a ſe patrata plane, nulliſque interpoſitis ambagibus Sacerdoti manifeſtet. Porro Confeſſionem peccatorum ſingillatim, & juxta ſpeciem edendam eſſe, auctoritate non ſolum recentiorum, ſed priſcorum etiam Rabbinorum poſſumus oſtendere. Ne tamen longo ſermone te morer, ſatis ſit hæc ex מְנוֹרַת הַמָּאוֹר Menoràth hammahòr Lucerna 5. Concl. 1. part. 1. cap. 4. *circa medium ad verbum tranſlata afferre.* צריך לפרט את החטא לפני המקום כרגרס״נן בפרק יום הכפורים: תניא: רבי יהודה בן בבא אומר אדם צריך לפרט את החטא שנאמר (שמות לב׳: לא׳) ויעשו להם אלהי זהב: *h. e.* Neceſſe eſt peculiariter, & in ſpecie confiteri peccatum coram Domino, ſicuti legimus in cap. 8. יוֹם הַכִּפּוּרִים Jom hachippurìm, *h. e.* diei Expiationum. Eſt traditio. R. Judà Ben Bavà dixit: homo debet in ſpecie confiteri peccatum, quia dicitur Exod. 32. v. 31. Et fecerunt ſibi Deos aureos. *Ex quibus plane licet colligere, quam vecordes Judæi ſint, qui Rabbinos ſuos maximi ſe facere gloriantur, ea autem, quæ ab ipſis recte rationi conſentanea præcipiuntur, vel non curant, vel re penitus contemnunt.*

E DIVERTICULO IN VIAM REDEAMUS.

תְּפִלָּא Phylacterium, frontale, manuale, membrana, quam oraturi Judæi fronti, & brachio ſiniſtro alligant. Exod. 39. 31. *Plur.* תְּפִלִּין phylacteria. תְּפִלָּה, *vel* תְּפִלָּא *apud Rabbinos præterea ſignificat* Precatorium, Oratorium. *Plur.* תְּפִלִּין Tephillìn *cum* ן *pro* ם *generis maſculini apud Hebræos ſunt lorum coriaceum duplex, ſeu duo ligamina, quæ oraturi fronti, & brachio alligant eo conſilio, ut Præceptorum Dei recordentur; quare recte* Precum monimenta *vocaveris. Hæc* Tephillìn *in Novo Teſtamento* φυλακτήρια, Phylacteria, conſervatoria *Legis appellantur, in Veteri* טֹטָפוֹת Totaphòt, *de quibus Evangeliſta Matthæus* 23. 5. πλατύνουσι γὰρ τὰ φυλακτήρια αὐτῶν. Dilatant autem Phylacteria ſua, *per quæ a Chriſto Phariſæorum hypocriſis eſt patefacta. Ampliabant enim Phariſæi fimbrias, & adeo protrahebant, ut terram tangerent, hiſque* qua-

Digitized by Google

quaſi paludamento ornati prodibant in forum, geſtiebantque ab omnibus ſalutari, & vocari Rabbi. Tephillîn, *quę fronti alligantur, dicuntur* תְּפִלִּין שֶׁל רֹאשׁ Tephillîn capitis, *eorumque figura eſt corium quadratum cum quatuor lacunis, ſive* בַּיִת cellula, *quatuor* מִקְרָא *Scripturæ textus continente. Textus autem ſunt* קַדֶּשׁ־לִי כָל־בְּכוֹר וגו Sanctifica mihi omne primogenitum &c. Exod. 13. v. 2. וְהָיָה כִּי־יְבִאֲךָ יְהוָה אֶל־אֶרֶץ הַכְּנַעֲנִי וגו Et erit, cum introduxerit te Dominus in regionem Chananæi &c. Exod. 13. v. 5. שְׁמַע יִשְׂרָאֵל יְהוָה אֱלֹהֵינוּ יְהוָה אֶחָד וגו Audi Iſrael, Dominus Deus noſter Dominus unus eſt. &c. Deuter. 6. v. 4. וְהָיָה אִם שָׁמֹעַ תִּשְׁמְעוּ אֶל־מִצְוֹתַי וגו Et erit ſi audiendo audieritis Præcepta mea &c. Deut. 11. v. 13. 14. & 15. *Hoc corium capiti imponunt, teguntque pileo, & duo lora, quibus corium nectitur, a parte anteriore capitis dependent. Quę vero ſiniſtro brachio alligantur, ut cordi proxima ſint, eadem materia, ac prima, conſtant, eoſdemque textus Biblicos complectuntur, vocanturque* תְּפִלִּין שֶׁל יָד Tephillîn manus; *in eo tamen a prioribus differunt, quia horum unicum lorum eſt nudo brachio alligandum, & digitis manus ſiniſtræ inſerendum, ut deorſum per eos pendeat.* תְּפִלִּין Tephillîn, *dum orant, Judæi adhibent ex Rabbinorum præcepto, licet ipſi ex* הֲלָכָה לְמֹשֶׁה מִסִּינַי Conſtitutione Moſis e monte Sinai *iis ſe uti glorientur. Cum his ornamentis Preces recitantes facile a Deo ſe exauditum iri ſibi perſuadent. De* Phylacteriis, *ſive* תְּפִלִּין Tephillîn *D. Hieronymus ad locum D. Matthæi ſupra citatum ait.* Dominus cum diſſet mandata Legis per Moſem, ad extremum intulit. Ligabis ea in manu tua, & erunt immota ante oculos tuos. Et eſt ſenſus. Præcepta mea ſint in manu, ut opere compleantur: ſint ante oculos tuos, ut die, ac nocte mediteris in eis. Hoc Phariſæi male interpretantes ſcribebant in membranis Decalogum Moſis, id eſt, decem verba Legis, complicantes ea, & ligantes in fronte, & quaſi coronam capiti facientes, ut ſemper ante oculos moverentur. Quod uſque hodie Indi, & Perſæ, & Babylonii faciunt: & qui hoc habuerit, quaſi religioſus in populis judicatur. *Nunc temporis in his membranis Decalogum Hebræi non deſcribunt, ſed alios Pentateuchi verſiculos, quos ſupra innuimus, a Majemonide indicatos in libro primo* יד cap. 1. הלכות תפלין n. 1. *Ad* תְּפִלִּין שֶׁל רֹאשׁ Tephillîn capitis *quatuor membranæ diſtinctæ adhibentur, in quibus loca Scripturę exarantur; ad* תְּפִלִּין יָד Tephillîn manus *vero una tantummodo membrana. Vide* ארח חיים Orach chajîm n. 32. v. 2. *In cęteris etiam Paragraphis multa ad* תְּפִלִּין Tephillîn *pertinentia invenies. De* תְּפִלִּין Tephillîn *plura tradunt Majemon,* שֻׁלְחָן עָרוּךְ Sulchàn Arùch, *& alii.*

Cęterum הַתְּפִלָּה precatio *multis nominibus ab Hebręis nuncupatur.* תְּפִלָּה precatio, צְעָקָה vociferatio, זְעָקָה clamor, פְּגִיעָה interceſſio, עֲמִידָה ſtatio, נְפִילָה caſus, *ſeu* proſtratio, רִנָּה cantus, שַׁוְעָה exclamatio, תְּחִנָּה ſupplicatio.

פלם מְפוּלָּם Forte, recens, humens, viride. Job 28. 3. *Plur.* מְפוּלָּמִין fortes, recentes. Job 28. 3. *Vox Talmudicis uſitata.*

פּוּלְמוּס Bellum, exercitus. Job 5. 5. *Grece* πόλεμος. *Item* miles. *Plur.* פּוּלְמוּסִין bella: milites. Geneſ. 33. 15.

Præ-

פולמרכין Præfecti, principes, duces exercitus. Hoſ. 14. 2.

פלס פִּילֵס, פִּילָס Pondus, libra. 1. Sam. 30. 12. ſiclus. Ezech. 4. 10.

פלק פִּילַקְתָּא, פַּלַקְתָּא, פִּלַקְתָּא Concubina, pellex, pallaca. *Græce* παλλακή. Geneſ. 22. 24.

פמב פּוּמְבֵּי, פּוּמְבֵי. *Græce* πομπή. Spectaculum, apparatus publicus, pompa. בְּפוּמְבֵּי cum pompa, publice, palam, aperte. Job 5. 23. Pſal. 68. 6.

פמל פַּמַלְיָא, פָּמַלְיָא, פָּמַלְיָא Familia. Cant. 1. 15.

פנא, פְּנֵי, פְּנָה Aſpicere, reſpicere, ſpectare. Geneſ. 24. 49. Deut. 29. 18. vertere, avertere, convertere ſe, divertere ſe, inclinare, declinare. Geneſ. 24. 63. *Ithpehal* אִתְפְּנֵי idem. Exod. 2. 12. 2. Sam. 1. 7. *Pahel* פַּנֵּי parare, præparare: everrere, purgare, expedire, amovere, removere. Levit. 14. 36. Iſa. 40. 3. Pſal. 80. 10. *Aphel* אַפְנֵי reſpicere. Nah. 2. 7. reſpicere facere; inclinare. Joſ. 24. 23. 1. Reg. 8. 58. declinare, declinare facere, abducere, removere. 2. Sam. 3. 27. 2. Sam. 6. 10. præparare. Iſa. 57. 14.

פְּנָיוּתָא Evacuatio, ejectio.

פַּנְיָא Veſpera: בְּפַנְיָא veſperi. Geneſ. 49. 27. *Eſt etiam fluvii nomen. In* יוחסין Juchaſin *fol.* 75.

פְּנֵי Vacuus, vacans, immunis, otioſus. Deut. 24. 5.

פנד פוּנְדְּקָא, פוּנְדַק Hoſpes, caupo: hoſpitium, diverſorium, caupona. *Plur.* פּוּנְדְּקִין hoſpites: hoſpitia.

פוּנְדְּקְתָא Idem. בָּתֵּי פוּנְדְּקְתָא hoſpitia. Geneſ. 42. 6.

פַּנְדִּירָא *Nomen proprium viri.* Eſth. 7. 10. *in Targum ſecundo.*

פנט פַּנְטִירֵי Jaſpis. Exod. 28. 20. pantherius, *lapis pretioſus. Scribitur etiam cum* ת.

פְּנַךְ Saltare, ſubſilire: fremere, plaudere. Judic. 5. 22. Nah. 3. 2. *De equis proprie uſurpatur.*

פְּנוּכָא, פְּנוּךְ Fremitus, plauſus: curſus equi, inſultus. Judic. 5. 22.

פנע Diſſipare, conterere, diſpergere. Jerem. 23. 29.

פנק Delicate habere, *vel* outrire. Iſa. 23. 4. oblectare. *Ithpahel* אִתְפַּנַּק in deliciis eſſe, delicias agere, oblectare ſe. Eſth. 1. 4.

מְפַנַּק Teoer, delicatus. Prov. 4. 3. *Fœm.* מְפַנַּקְתָּא, מְפַנְּקָא tenera, delicata. Deuter. 28. 56. Iſa. 47. 8.

פִּנּוּקָא Oblectatio, deliciæ. Prov. 19. 10.

תַּפְנוּקִין Deliciæ, oblectationes. Iſa. 58. 11. Thren. 4. 5. *Conſtr.* תַּפְנוּקֵי Deliciæ. Prov. 29. 17.

פִּנְקְטִין Palatia: tabernacula. Pſal. 68. 30.

פִּנְקָס, פִּנְקָס Tabula, tabella, codex, libellus: pugillares, codicilli: catalogus, index: atramentarium. Ezech. 9. 2. *Græce* πίναξ. *Plur. conſtr.* פִּנְקְסֵי tabulæ. Geneſ. 39. 11. *in Jonathane.*

פנת פַּנְתֵּירִין Pantherius, jaſpis: pan-

Digitized by Google

panthera, *nomen beſtię immanis.*

פְּסַג Diſſecare, dividere, membratim, in fruſta diſcindere, partiri. Geneſ. 15. 10. Exod. 29. 17.

פְּסוּגָא, פִּסְגָא, פִּסְגָא, פְּסַג Pars, fruſtum, membrum, ſegmentum. Geneſ. 15. 10. *Plur.* פִּסְגַיָא, פִּסְגִין partes, ſegmenta. Geneſ. 15. 11. Levit. 1. 8.

פְּסַד Perdere, diſperdere, abſumere: abſumi, conſumi, deficere. Geneſ. 47. 16. Pſal. 44. 3.

פְּסִידָא Damnum, jactura, corruptio. Exod. 22. 14. *in Jonathane.* רְוָחָא וּפְסִידָא Lucrum & damnum.

פסה, פְּסִיוֹנָא, פְּסִיוֹן Extenſio, expanſio, diffuſio.

פְּסִינִיתָא Idem. Levit. 13. 28. *in Jonathane.*

פְּסִיוֹנִין Coturnices: phaſiani. Exod. 16. 13. Pſal. 105. 4. *Aliquando* perdices.

פֶּסַח, פִּסְחָא Paſcha, Phaſe, tranſitus. Cant. 1. 1. *Plur. emphat.* אִמְרֵי פִּסְחַיָא agni Paſchales. 1. Sam. 15. 4. עֶרֶב פֶּסַח Veſpera Paſchæ, Paraſceve Paſchæ.

De Feſto פֶּסַח Paſchæ, *quod ab Hebræis celebratur quotannis Dei juſſu decima quarta Luna, ſive die decima quarta menſis Martii* בֵּין הָעַרְבַּיִם inter duas veſperas *a ſingulis familiis agnum occidentibus, & aſſatum cum azymis, & lactucis agreſtibus comedentibus, multa habes in meo Lexico Hebraico typis Seminarii Patavini edito 1732. pag. 383. 384. 385. 386. Eo autem conſilio Deus, Feſtum* פֶּסַח Paſchæ *Hebræos agere, voluit, ut in memoriam revocarent, Angelum Dei juſſu nocte, qua poſt quadringentos, & triginta duriſſimæ ſervitutis annos ex Ægypto egreſſi ſunt, domos Iſraelitarum ſanguine ſignatas tranſiliiſſe, cum in reliquis omnibus Ægyptiorum primogenitos morte percuteret. Porro ut facilius Hebræi recordentur rituum tum olim uſurpatorum, tum hoc tempore in Cœna Paſchali adhibendorum, quatuordecim dictiones Rabbini excogitarunt, & ordinatim diſpoſuerunt, quæ totidem ceremoniis ſervandis reſpondent, ſequentibuſque verſiculis continentur, quarum vocum ſingularum explanationem locis ſuis in hoc Lexico invenies.*

4	3	2	1
יַחַץ	כַּרְפַּס	וּרְחַץ:	קַדֵּשׁ
Jachàtz	Carpàs.	Urchàtz	Kaddèſc
	7	6	5
מַצָּה:	מוֹצִיא	רָחְצָה:	מַגִּיד
.Matzà	Motzì.	Rochtzà	Maghìd
	10	9	8
עוֹרֵךְ:	שֻׁלְחָן	כּוֹרֵךְ:	מָרוֹר
.Horèch	Sulchàn	.Corèch	Maròr
14	13	12	11
נִרְצָה:	הַלֵּל	בָּרֵךְ:	צָפוּן
.Nirtzà	Hallèl.	Barèch	Tzaphùn.

Cæterum mulieres omnes in qualibet familia circa horam vigeſimam ſecundam veſperæ Paſchalis שֻׁלְחָן menſam *cæteris diebus feſtis magnificentius inſtruunt, eamque, ut Hebræi ajunt,* כְּפִי כֹּחוֹ Chephì Cochò, *h. e.* pro viribus כַּבֵּלִים נָאִים Bachelìm Naìm, *h. e.* vaſis perpulchris, *ſcilicet argenteis, ac magni pretii, ſi poſſideant, ornant. Cœnaculi parietes aulæis, & ſtragulis tegunt, ſedeſque circa menſam ſerico opertas diſponunt, ſellamque reclinatoriam in capite menſæ ſtromate, & pulvillo inſignem collocant. Hoc autem pacto menſam onerant. Caniſtrum, vel fiſcellam, vel patinam in ejus medio ponunt, quæ patina tres placentas azymas unam ſuper aliam continet. Diſcum præterea agni armum, vel hædi igne toſtum exhibentem convivio exceptis apponunt in memoriam eductionis Hebræorum ex Ægypto*

בְּיָד הַחֲזָקָה in manu valida, *carnemque elixam in memoriam Sacrificii* חֲגִיגָה Chaghigà, *h. e.* feſtivitatis *diei decimi quarti. Ex Machazore Bononienſi in Tractatu de* פֶּסַח Paſcha *addunt* piſciculos, ovum, ciceres toſtos, & nuces. Piſces propter Leviathanem; Ovum obduratum propter Ziz avem immanis magnitudinis; Carnem propter Behemòth; Ciceres toſtos, & Nuces propter pueros, ne dormiant. *Apponunt etiam* חֲרוֹסֶת Charòſeth, *h. e.* Embamma muſteum, *vulgo* Moſtarda, *in vaſe, ut recordentur cæmenti Ægyptiaci, quod olim ſubigere juſſu Pharaonis Hebræi coacti ſunt, quod Embamma ex vaſe extrahentes in patina collocant, ut menſæ accumbentes in eo* מָרוֹר Maròr, *h. e.* herbas amaras *intingant. Olim etiam apponebant lactucam, vel intybum, vel ſonchum, vel marrubium, vel hederam; hodie ſolummodo lactuca utuntur cum* כַּרְפַּס Carpàs, *h. e.* Apii *ramulo. Hæc omnia penes ſcutellam aceto plenam ponunt in caniſtro, vel fiſcella recondita, mappaque munda operta coram Patrefamilias collocant. Ubi autem ſingulis diſcumbentibus cyathum vacuum appoſuerunt, domi ſedentes, & vacuæ viros ſuos, & domeſticos e Synagoga redeuntes præſtolantur. Porro* שֶׂה agnus *ad Feſtum Paſchæ rite celebrandum neceſſarius anniculus ex* מִקְרָא Sacra Scriptura *eſſe debebat, ſexuſque maſculini. Separabatur a reliquo grege, fulcroque lecti alligatus ſervabatur a die decimo Martii uſque ad diem decimum quartum, ut* בֵּין הָעַרְבַּיִם inter duas veſperas *juxta Sacrum codicem poſt peractum* תָּמִיד Sacrificium juge, *ſuffitum, & accenſas lucernas mactaretur. Mactatio fiebat in atrio ab Iſraelitis, Levitis interim canentibus, Sacerdotibuſque ſanguinem excipientibus ad* יְסוֹד מִזְבֵּחַ *h. e.* baſim Altaris *effundendum. Alio autem ritu in celebrando Paſcha Judæi in Ægypto, alio in terra Chanaan, alio poſt dirutam, & deletam Hieroſolymam uſi ſunt. Primum mactabatur* שֶׂה agnus *intra domeſticos parietes, nihilque ex eo foras poterat aſportari, ſolummodo ædium poſtes ejus ſanguine aſpergebantur: poſtea neque ſanguis excipiebatur, neque ædium poſtes aſpergebantur: demum temporis decurſu vetitum omnibus Iſraelitis agni ſanguinem excipere, ſoliſque* כֹּהֲנִים Sacerdotibus *permiſſum, mactatione cuilibet ſine diſcrimine conceſſa. Alia multa ad* פֶּסַח Paſcha *pertinentia habebis in Tractatu* de Paſcha, *qui alibi nunc cum aliis Tractatibus ſub prælo eſt.*

פָּסַךְ Succidere. *Participium Pahel* כּוּבִין מְפַסְּכִין ſpinæ ſucciſæ. Iſa. 33. 12.

פְּסַכְתְּרוּתָא, פְּסַכְתֵּרָן Ollæ, lebetes. Exod. 33. 3.

פְּסַל Dolare, ſculpere, exſculpere, cædere, excidere, incidere, effodere, perfodere. Exod. 34. 4. 1. Reg. 5. 18. *Ithpehal* אִתְפְּסַל ſculpi, exſculpi. Iſa. 51. 1. rejici, reprobari, repudiari, profanari, profanum haberi. Pſal. 68. 16.

פְּסוֹלָא Effoſſio, effoſſum. Iſa. 51. 1. præciſio *in Regiis*.

פְּסִיל, פְּסוּל, פָּסוּל Profanum, illegitimum, illicitum, ineptum, impurum, vitio laborans. Levit. 7. 8. & 19. 7. *Græce* ἀδόκιμος. וְיִשְׁתְּכַח קוּרְבָּנָךְ פְּסִיל Et inveniatur, fiat oblatio tua profana. פְּסוּלִים לִכְהוּנָּה Illegitimi ad Sacerdotium. פְּסוּלִים שֶׁבִּכְהוּנָּה Profani, qui in Sacerdotio ſunt. *Ita ſervi, & ex illegitimo concubitu nati, aliique infimæ ſortis homines, & abjecti* פְּסוּלִים *appellantur, quia ab honeſtis muneribus veluti inepti, & indigni rejiciuntur. Voci* פָּסוּל *opponitur* כָּשֵׁר rectus, aptus, idoneus, legitimus.

פְּסִלָא Idem. Numer. 11. *in Jonathane*.

Item

Digitized by Google

Item ſculptile, Idolum. Cant. 2. 15.

מִפְסְלָא Idem. Levit. 20. 25. *Melius leges* כְּפַסְלָא. *in Jonathane.*

פְּסוֹלָא Scoria, *rejectitium*, *&* *reprobum argenti*. Jerem. 6. 30. *Plur.* פְּסוֹלִין, פְּסוֹלַיָּא ſcoriæ. Pſal. 119. 119.

מַפְסְלָא, מַפְסְלַת Securis, bipennis. Pſal. 74. 6.

פסן פְּסַנְטֵרִין, פְּסַנְתֵּרִין Pſalteria, inſtrumenta muſica. Dan. 3. 7.

פְּסַם Polluere ſe, pollui, inquinari. Hoſ. 4. 8. *Aphel* אַפֵּס irritum facere, violare, profanare. Iſa. 47. 6. Pſal. 53. 1. *Ex Ithpahel Participium* הוּא מִתַּפֵּס ipſe profanatur. Job 15. 21.

מַפֵּס Profanus. *Fœmin.* מַפְּסָה profana. Levit. 21. 7.

פִּסָּא, פַּסָּא, פַּס Pars, particula, fruſtum, minutum, gleba. Dan. 5. 5. *Conſtr.* פַּסַּת יְדָא particula manus, *ſc.* vola, palma. 1. Reg. 18. 44. *Plur. conſtr.* פַּסֵּי particulæ. 1. Sam. 13. 18. *Fœmin.* פִּסָּן, פִּסַּת partes. 1. Reg. 5. 4.

פְּסַע Gradi, ingredi, incedere, incedendo labi, & impingere. 2. Sam. 20. 8.

פִּסְעָא, פְּסִיעָא Paſſus, greſſus, inceſſus, ingreſſus. 1. Sam. 20. 3. *Plur.* פְּסִיעָן, פְּסִיעָת. Jerem. 8. 16.

פְּסִיעוֹת Idem. Jerem. 8. 16.

מִפְסוּעִית Idem. Jerem. 47. 3.

פסף *Vide in* פסק.

פְּסַק Rumpere, abrumpere, diſcindere, abſcindere, præſcindere, præcidere, ſuccidere. Judic. 16. 9. abſcindi, exſcindi, diſcindi, conſumi. Job 7. 9. ceſſare, deſinere, deſiſtere, abſtinere, cohiberi. Prov. 17. 13. Numer. 11. 33. Job 14. 6. ſtatuere, conſtituere, decernere. *Ithpehal* אִתְפְּסֵק rumpi, diſrumpi, abrumpi, abſcindi, amputari. Iſa. 33. 23. Nahum. 2. 6. *Aphel* אַפְסִיק ceſſare facere, abolere, abſcindere, abrumpere. Nah. 1. 13. Iſa. 53. 3.

פְּסִיק Conciſus, mutilus membris. Levit. 22. 22.

פְּסִיקַיָא Faſciæ crurum: ventralia mulierum, cingulum ventris. Iſa. 30. 34. Numer. 25. 1.

פְּעָא Clamare, vociferari. Pſal. 19. 3. balare. Eſth. 1. 2. *in Targum ſecundo.*

פְּעַל Operari. *Hebraice.* פּוֹעֵל, פּוֹעֲלָא agens, efficiens, opifex, operarius.

פעע *Pahel geminat.* פַּעְפַּע Lucere, ſplendere, rutilare. Job 10. 22.

פַּעְפּוּעָא Lux, ſplendor. Job 11. 17.

פְּעַר Aperire, ſolvere, laxare ventrem: retegere, nudare. Numer. 25. 1. *in Jonathane.*

פְּעוֹר Pehòr. *Nomen Idoli Moabitarum, de quo mentio Numer. 25. v. 18. Eſt etiam nomen montis. Numer. 23. v. 28. Fuit itaque* פְּעוֹר, *ſive* בַּעַל פְּעוֹר Beelphegor *Deus a Moabitis cultus, ita dictus vel ab ore hianti, quod a cultoribus ſuis oſcula acciperet: vel ab apertione, & nuditate, quod obſcœnos homines, & turpitudini addictos tueretur*

crederetur. Certe D. Hieronymus, & Iſidorus ſentiunt, בַּעַל פְּעוֹר Beelphegor *fuiſſe eumdem Deum apud Moabitas, ac fuit Priapus apud Romanos. Itaque plerique contendunt, hoc Idolum a Moabitis comeſſationibus, & qualibet effræni libidine fuiſſe cultum, ac propterea Moſem dixiſſe:* Cæpit populus ſcortari cum filiabus Moabitarum; *videlicet, cæpit populus Moabitarum Idolis cultum, & reverentiam ſcortationibus exhibere. Alius tamen videtur ex Pſalmiſta fuiſſe cultus huic Idolo præſtitus Pſal.* 106. Copulaverunt ſecum Idolo Pehoris, & זִבְחֵי מֵתִים ſacrificia mortuorum comederunt. *Nimirum ſacrificia, quę a Moabitis illi offerebantur, fuerunt inferię in memoriam defunctorum peractę.*

פפר פִּיפִּירְיָא Vaſa texta inſtar corbium: cophini papyracei. Deut. 26. 3. *in Targum Jonathanis.*

פַּפִּיר, פִּיפְּיָר, *& in numero plurali* פִּיפְּיָרוֹת, *& cum* א *ſervili* אֲפִיפְיָרוֹת Papyrus, *ſive* papyrum. *Eſt arbuſcula in locis paluſtribus Ægypti frequentiſſima, cujus cortex in tenuiſſimembranas ſolvebatur, charteque uſum ſupplebat, & ad alia multa adhibebatur. De hac arbore mentionem facit Plinius lib.* 13. *cap.* 11. *Ex hoc eodem cortice antiquitus apud Hebræos tegumenta conficiebantur, quibus mortui involuti ſepulcro mandabantur, ut colligitur ex* בראשית רבא Bereſeith Rabbà *ſect.* 23. לְבוּשִׁים כְּלֵי פַּפִּיר Veſtiuntur veſte papyracea. *Alii volunt, herbæ ſpeciem fuiſſe, quam uſurpabant veſtibus præſtantioribus texendis. In Tractatu autem* כלים Kelim *cap.* 17. *dicitur, ex hac arbore facta fuiſſe vaſa inſtar corbium, quibus in vineis utebantur.*

פִּיפְּיוֹר, פִּיפְיוֹרָא Papa, Pontifex Romanus: נְקִיט נוּרָא קָמֵי פִּיפְיוֹרָא Accipit lucem, *ſive* facem portans coram Papa. *In* ע״ז Avodà zarà *fol.* 11. *Dicitur etiam* אֲפִפְיוֹר.

פצא, פְּצָה Aperire. Job 35. 16. liberare, eripere, eruere. Pſal. 82. 10. Job 5. 19. *Pahel* פַּצֵּי idem. Pſal. 81. 8. Prov. 10. 2. *Aphel* אַפְּצֵי idem. Proverb. 12. 6. *Ithpehal* אִתְפְּצֵי, *vel Ithpahel* אִתְפַּצֵּי liberari, eripi, eripere ſe. Pſal. 33. 16. Prov. 6. 3.

פִּיצְתָא, פִּצְתָא Sors, *ita dicta, quia dubium aperit, & liberat litigantes, rixanteſque a controverſia. Item* liberatio, ereptio. Prov. 16. 13.

פַּצִּין Folia, *pro* פַּצִּימִין. Jerem. 36. 22.

פצד, פְּצִיד, פְּצִידָא, *&* פַּצִּיד, פַּצִּידָא Fovea, puteus, foſſa, lacuna: rivus, alveus aquarum. Jerem. 30. 14. *Plur.* פְּצִידִין, *&* פַּצִּידִין, פַּצִּידַיָּא Foſſæ, rivi. 2. Reg. 3. 16. Iſa. 31. 12. firmitates, validitates, laminæ firmæ. Job 40. 13.

פצח *Hebraice.* Fragorem, ſonum edere, perſonare. Iſa. 14. 7.

פְּצִיחַ, פַּצָּח Clarum, nitidum: candens, ſcintillans, ſerenum. Iſa. 18. 4.

פַּצִּיחָא, פַּצְּחָא Villa, pagus, vicus. *Plur.* פַּצִּיחַיָּא, פַּצִּיחִין, *&* פַּצְּחִין villæ, pagi. Numer. 13. 20. Deuter. 3. 5.

Digitized by Google

פַּצִיחָאֵי Pagani, villici. Eſth. 9. 19.

פְּצִיחִין Variegati, notis, punctis, maculis diſtincti, & notati, maculoſi. Geneſ. 31. 10. 12. Zach. 6. 3.

פַּצֵם *Pahel*. Diffringere, perfringere, diſcindere. Jerem. 22. 14.

פַּצִימָא, פַּצִים Folium, pagina libri. *Plur.* פַּצִימִין paginæ. Jerem. 36. 23. *Emphat.* פַּצִימֵי, פַּצִימַיָא folia, paginæ libri. *Locus Jerem. 36. 23. cenſetur legendus ab Elia hoc modo*, כַּד קְרֵי יְהוּדִי תְּלָת פַּצִימִין Cum legiſſet Jehudi tres paginas, *Hebraice* דְּלָתוֹת oſtia, *quia libri pagina eſt veluti janua, & oſtium ejuſdem. In libris impreſſis legitur* פַּצִין. *Conſule Eliam in* פץ, *&* פצם. *In alio Targum illa lectio confirmatur.* הֲוָה מְהַפֵּךְ יַת פַּצִימֵי סִפְרָא וְלָא הֲוָה צָבֵי לְמִקְרֵי: Vertit folia libri, ſed non voluit legere. Eſth. 6. 1. *in Targum ſecundo.* וְאִתְגּוֹלַלּוּ פַּצִימַיָא מֵאֵילֵיהֶם Et circumvoluta ſunt folia a ſeipſis. וַהֲווֹ מִתְקְרִין מִלַּיָא מִן גּוֹ פַּצִימַיָא Et fuerunt lecta verba iſta e medio foliorum. *Ibidem.*

Eſt etiam פַּצִים *per Synecdochen* poſtis januæ. *Etenim janua, oſtium, & illa parietis concavitas, qua continet januam, ita dicitur, quaſi parietis ruptura.* בַּיִת שֶׁאֵין לוֹ אֶלָּא פַּצִים אֶחָד Domus, cui non eſt, niſi poſtis unus.

פַּצַע Vulnerare, contundere, diſrumpere, comprimere, findere. Judic. 5. 26. Geneſ. 22. 3. *in Jonathane. Rabbinis* נִפְצַע comprimi, contundi. *Apud Talmudicos* הִפְצִיעַ bifurcatum, bifidum reddere, findere ſe. *In* יומא Jomà *fol.* 28. *b.* תימור של חמה מפציע לכאן ולכאן *i. e.* Columna fumi Solis findebat ſe hinc & illinc. *In* בכורות Becoròth fol. 38. של הללו מפציע לכאן ולכאן *h. e.* Iſtorum autem ſuffitus findebat ſe hinc, & illinc. *Alludit ad fumum ſuffitus, qui Hieroſolymis conficiebatur, faciebatque columnam fumi, quæ ſurſum aſcendebat, rectam, & altam, quæ propterea vocabatur* תִּמֹרָה palma, *ab altitudine, & proceritate palmæ. Alexandrini hujuſmodi ſuffitum parare neſciebant, qui rectam ſurſum columnam emitteret. Quare ex fumo ſuffitus ipſorum columna bifida oriebatur, hinc inde in duas partes fumo ſe dividente.*

פְּצִיעָה Compreſſio, contuſio. פציעה בכלל רישה Compreſſio eſt ſpecies triturationis.

פַּצְעִילִין Dactyli immaturi. פַּצְעִילֵי תְמָרָה Dactyli immaturi palmæ.

פְּצַר Inſtare: repugnare, reſiſtere.

פְּקַד Præcipere, mandare, jubere: conſtituere, ordinare. *Forma Kal fere in Talmud inuſitata eſt. Pahel* פַּקֵד idem. Geneſ. 28. 1. Deuter. 6. 25. *Item* commendare aliquem, litteras commendatitias ſcribere. *Aphel* אַפְקֵיד Idem. Amos 9. 3. *Ithpehal* אִתְפְּקַד, *vel Ithpahel* אִתְפַּקַּד præcipi, mandari, juberi. Num. 3. 16. Iſa. 28. 9. committi, deponi. Levit. 6. 4.

פִּקּוּדָא, פִּקּוּד Præceptum, mandatum, Juſ-

juſſum. Pſal. 19. 9. *Plur.* פִּקּוּדַיָּא, פִּקּוּדִין præcepta. Pſal. 19. 9. *Rabbini volunt, ex Pentateucho, ſive quinque libris a Moſe exaratis elici* מִצְוֹת præcepta *numero* 613. *Chaldaico nomine vocantur* פִּקּוּדַיָּא, *de quibus in Targùm mentio fit.* Ruth. 1. 16.

פוּקְדָנָא, פּוּקְדָן Idem. Prov. 6. 23. *Item* commiſſum, depoſitum. Levit. 5. 21. 23.

פַּקְדָן Idem. Eſth. 1. 15. *in Targùm ſecundo.*

תִּפְקַדְתָּא, תַּפְקִידְתָּא, פְּקִידְתָּא Idem. Deut. 6. 1. 2. Reg. 17. 34.

פְּקִידָה Viſitatio, ſcrutatio, exploratio, inquiſitio. *Rabbinis idem ac* בְּדִיקָה.

תַּפְקִידָה Idem.

הֶפְקֵר Defectus. *Vox Rabbinica.*

פקח Aperire. *Proprie uſurpatur de oculis, improprie de aliis rebus.* Job 14. 3. & 27. 19. *Pahel* פַּקַּח idem. *Item* disjicere, diſſolvere. Eccleſ. 3. 5. *Ex Ithpehal Participium* כְּמִתְפַּקַּח מִן חַמְרָא ſicuti qui aperitur, expergiſcitur, vigilat a vino. Pſal. 78. 65.

פַּקַּח *Rabbinis* curare, curam habere, ſollicitum eſſe.

פִּקֵּחַ, & פִּיקֵּחַ Sagax, prudens, induſtrius, ſollicitus, *cui opponitur* טִפֵּשׁ bardus, ſtultus, inſipiens, fatuus. *Plur.* פִּקְחִין prudentes. מֶלֶךְ פִּיקֵּחַ Rex prudens. מֶלֶךְ טִיפֵּשׁ Rex imprudens, fatuus, ſtultus. פִּקֵּחַ *opponitur etiam* חֵרֵשׁ ſurdo; *quare tunc ſignificat* eum, qui bene audit. שְׁנֵי אַחִין אֶחָד פִּקֵּחַ וְאֶחָד חֵרֵשׁ Duo fratres, quorum alter audiens, alter ſurdus. *Fœmininum* פִּקַּחַת loquax, *vel* audiens, *cui opponitur* חֵרֶשֶׁת ſurda, *vel* muta: *ut* חֵרֵשׁ שֶׁנָּשָׂא פִּקַּחַת וּפִקֵּחַ שֶׁנָּשָׂא חֵרֶשֶׁת Surdus, *vel* mutus, qui ducit audientem, *vel* loquacem, & audiens, qui ducit ſurdam, *vel* mutam.

פקט, פִּקְטִין Fæces, amurcæ, fraces. Pſal. 75. 9. *Apud Rabbinos* שֶׁמֶן מְזוּקָק בְּלֹא פִּקְטִים Oleum purificatum ſine fæcibus. *Ex Gloſſa* פקטין פסולת הגרעינין הצפין על פני שמן *PeKatin* eſt vitioſitas quædam granorum natantium in ſuperficie olei. *Hinc* פִּקְטִים *diſtinguuntur a* שְׁמָרִים fæcibus, *vel* amurca. *Quare* הרי לוקח מקבל עליו לוג ומחצה שמרים בלא פקטים *h. e.* Nam accipiens, emens (*vas olei*) ſuſcipit in ſe logum cum dimidio fæcum ſine fracibus. *In Metziâ fol.* 40. *Aruch vertit* turbidum ſupra fæces. שמא יתנו שמן פקטים בקנדילים וילקלקו את הסעודה Forte indent oleum fæculentum in candelas, & turbabunt convivium. *In Medràs* Eſth. cap. 1. v. 3.

פקל פוּקְלִין Culmi; calami. Exod. 9. 31. *in Targùm Jonathanis.*

פקס Pectere, ordinare, diſcernere capillos. Geneſ. 6. 2. *Simile eſt Græco* πείκω, πέξω.

פְּקוֹס *Nomen proprium loci, reſpondens Hebræo* חֲנַנְאֵל Jerem. 31. 38. Zach. 14. 10. *Hoc nomine appellabatur porta urbis Jeruſalem, cujus etiam meminit* Nehem. 3. 1.

פקע Circumire. Eſth. 1. 2. *in Targum ſecundo.* *Pahel* פַּקַּע circum-

cumagere, circumire, & *Hiphil* הִפְקִיעַ Conglomerare, circumagere: מַפְקִיעַ בְּמַנְגְּנִין circumagens rotis. *Ibidem*. *Ex Elia in Meturgemân iſta ſunt* לשון היקף וסיבוב ſignificationis circuitus, *h. e.* ſignificant circumagere, & circumire.

פְּקָעִי Colocynthides. פְּקָעֵי, פְּקִיעִין colocynthides agreſtes. 2. Reg. 4. 39. חַקְלָא

פקק

Ithpahel. אִתְפַּקַּק Claudi, obturari, obmuteſcere. Pſal. 31. 19. *Ex forma geminata* אִתְפַּקְפֵּק fodi, perfodi, perforari. Job 30. 17. *In* ברכות Beracôth *fol.* 28. המתפלל צריך שיכרע עד שיתפקקו כל חוליות שבשדרה *h. e.* Qui precatur, opus eſt, ut ſe incurvet tantum, uſque dum obſtruantur omnes ejus vertebræ, quæ ſunt in ſpina dorſi. *Nimirum debent prominere, & conſpici; idque fit extrinſecus ipſarum quaſi reſolutione, & intrinſecus ipſarum obſtructione.*

פְּקַר

Schiſmaticum, Hæreticum, Sectarium eſſe, errare in doctrina, doctrinam erroneam propagare. *Derivatur hoc Verbum a nomine* ἐπίκυρος, אפיקורוס, *adhibita littera* א *quaſi ſervili, aut formativa. Hinc* וְיֵשׁ פּוֹקְרִים Quidam errant, erronee docent. *R. Salomon* Joſ. 7. 14. פּוֹקְרִין הַמִּינִין Errant Hæretici, falſo docent Hæretici. לִתְשׁוּבַת הַמִּינִים שֶׁפָּקְרוּ בוֹ Ad reſponſionem Hæreticorum, qui errant in eo. Pſal. 21. *in R. Salomone*. אוּמָּה מוּפְקֶרֶת Populus hæreticus. *Sic etiam in Hithpahel* הִתְפַּקֵּר præfracte, ſtolide agere, deſpicere, calumniari aliquem, *ut in Hithpahal* הִתְפַּקֵּר, *ut* שֶׁמִּתְפַּקֵּר אֶת־הַתּוֹרָה Qui arroganter deſpicit Legem. *Aphel* אַפְקַר Liberum, commune facere, exponere, proſtituere. Exod. 23. 11. *in Jonathane*. *Rabbini frequenter uſurpant, ſed tantummodo in Conjugatione Hiphil* הִפְקִיר: *ut* הִפְקִירוּ בְּנוֹתֵיהֶן לִזְנוּת Proſtituerunt, communes fecerunt filias ſuas ad ſcortationem. Numer. 25. 18. *in R. Salomone*. *Hophal* הוּפְקַר proſtitui, commune fieri. מָקוֹם מוּפְקָר locus communis, publicus, liber omnibus.

הֶפְקֵר Commune, liberum, publicum omnibus. נְשֵׁי הַכּוּשִׁים הֶפְקֵר וְאֵין אִישׁ יוֹדֵעַ מִי אָבִיו Uxores Æthiopum communes ſunt, nec quiſquam ſcit, quis pater ſuus ſit. *Aben Ezrà* Amos 9. 7. אַרְעָא דְרַבָּנָן הֶפְקֵר לְתַלְמִידִים Ager Magiſtrorum debet eſſe communis diſcipulis, *videlicet Schola, & doctrina ipſorum diſcipulis ſemper patere debet. Fœmin.* אֶפְקֵרָא libera. Deuter. 25. 5.

אַפְּקְרָסוּת Negotium. Deuter. 1. 12. *in Jonathane*.

פִּקְרֵס Induſium, interula.

פַּר

Juvencus, vitulus. Exod. 29. 1. Levit. 16. 3.

פָּרָה Juvenca, vacca. Num. 19. 2. *Hæc* פָּרָה vacca *a Sacerdotibus comburebatur, ut ejus cineribus cum aqua miſtis eorum immunditiès tolleretur, qui cadaver aliquod tetigerant. Vacca hæc rufa eſſe debebat, ſine macula, nulloque vitio laborans, jugi expers, & ære publico empta. Sacerdos ei comburendæ electus a domeſticis per ſeptem dies*

ſe

Digitized by Google

ſe ſeparabat, quibus tranſactis vaccam deducebat in conclave lapidis בית אבן *dictum per* כבש *ſc.* clivum *fornicibus innixum ad evitandam pollutionem montis Oliveti, ubi eam rogo imponebat, atque mactabat. Deinde digito ejus ſanguinem exceptum ſepties Occidentem verſus ſpargebat. Auctores variant in cinerum uſu aſſignando, licet conſentiant, eos in tres partes fuiſſe diviſos. Volunt enim alii, partem primam in monte Oliveto fuiſſe repoſitam, ut aliis vaccis conſecrandis adhiberetur; partem alteram extra Templi atrium fuiſſe collocatam ad eos expiandos, qui immunditiam ex cadaveris alicujus contactu contraxerant; tertiam in* חיל antemurali *ſervatam ad vaccæ combuſtæ memoriam. Alii vero contendunt, partem priorem in monte Oliveto inſerviiſſe populi adſperſioni a quolibet viro puro faciendæ, quamvis Sacerdos non eſſet; alteram partem in Templum delatam Sacerdotibus uſui fuiſſe; tertiam denique in* חיל antemurali *aſſervatam in memoriam aduſtionis.*

פרג Mutare, commutare, permutare. Geneſ. 48. 14. Pſal. 106. 20.

פרוג Commutatio, permutatio, pretium. Job 15. 31. *Plur.* פרוגי, פרוגין commutationes, pretia. Pſal. 44. 13.

פרגוד, פרגודא Velum, cortina, aulæum. Exod. 26. 31. toga, tunica. Geneſ. 37. 32. *Apud Rabbinos* מאחורי הפרגוד poſt velum, *h. e.* ſecreto, clam, in abſcondito. כבר שמעתי מאחורי הפרגוד Jam audivi poſt velum; *nimirum* ſecreto audivi.

פרגותא *Vide in* פרג.

פרגמטיא Negotiatio, mercatura. *Reperitur etiam ſcriptum in medio cum* ק. Geneſ. 42. 34. Eccleſ. 5. 9.

פרד Separare, abſtrahere, disjungere, ſolvere. Prov. 4. 16. *Aphel* אפרד idem. Prov. 7. 10. *Ithpehal* אתפרד disjungi, disjungere ſe. Job 41. 8.

נפרד Separatum, abſtractum, individuum, ſingulare. *Grammaticis* שם נפרד Nomen ſingulare, *vel* numeri ſingularis. *Item* nomen abſolutum, *h. e.* in forma abſoluta poſitum, *extra conſtructionem. Hinc* נפרד, & התפרד ſeparari, *h. e.* in numerum ſeparatum, *vel* ſingularem deduci. *Sic Abèn Ezrà in libro* מאזני Statera Linguæ Sanctæ *ſect.* הרבים, & Levit. 21. 8. *ad vocem* בבתוליה *ſcribit:* יש שמות בלשון הקדש שלא יתפרדו לעולם כמו נעורים וזקנים וגו *h. e.* Sunt Nomina in Lingua Sancta, quæ non ſeparantur (*h. e. ſeparatim, ſingillatim non uſurpantur, non habent numerum ſingularem*) in perpetuum, veluti נעורים adoleſcentia, זקנים ſenectus, פנים vultus, & alia. שכל הנפרד Intelligentia abſtracta. *Plur.* שכלים הנפרדים Intelligentiæ abſtractæ, *nimirum* a corpore, *quemadmodum Deum, & Angelos Hebræi ſolent appellare.*

פרידא Lapis, lapillus, ſcrupus, arenula. Thren. 5. 5. *Plur.* פרידן lapides. Thren. 3. 16.

פרידתא Separata, ſeparans ſe, rebellis, obſtrepens, vaga. Prov. 7. 11. & 9. 13.

Pa-

פרדס Paradiſus, hortus, pomarium. *Græce* παράδεισος. *Plur.* פרדסין horti. Eccleſ. 2. 5. *Conſtr.* פרדסי horti, pomaria. *Emphat.* פרדסיא Geneſ. 14. 2. *Cum aff.* חמון ית אילני פרדסיהון Viderunt arbores hortorum ipſorum. Job 2. 11. *Rabbini uſurpant pluralem numerum in genere fœminino* שומרי גנות ופרדסות Cuſtodes hortorum, & pomariorum. *Significat etiam* פרדס Paradiſum, *ſeu* locum beatorum in Cœlis, *quemadmodum uſurpatur in* חגיגה Chagigà *fol.* 14. ארבעה נכנסו לפרדס Quatuor ingreſſi ſunt in Paradiſum, *ſcilicet* על ידי שם per manus Dei.

פרדסי Hortenſis. *Ejus oppoſitum* מדברי Sylveſtris.

פרותקין Exemplar litterarum, epiſtola: edictum, mandatum. Eſth. 6. 10. *in Targum ſecundo. Idem ac* פרטנמא, *vel* פרוטגמא *Græce* πρόσταγμα, *juxta nonnullos. Plur.* פרותקינן exemplaria, epiſtolæ. *Ibidem.*

פרה Fructuoſum eſſe, fructum edere, fructum proferre, fructificare, fœtificare. Geneſ. 1. 22. Deuter. 29. 18.

פריא, פירא Fructus. *Plur.* פירין, פירי.

פריה Fructificatio, ſoboles, productio, fructus, fœtificatio, fœtus. *Plerumque Rabbini cum hac dictione conjungunt* רביה multiplicatio, *quæ duæ voces ex illo Geneſeos ſumptæ ſunt* פרו ורבו creſcite, & multiplicamini. *Multa de hoc præcepto apud Hebræos extant, voluntque, ſingulos teneri ad producendos ſuæ ſtirpis fructus, per vinculum tamen legitimi Conjugii, eumque, qui ſecus facit, inſtar homicidæ haberi. Hinc illud in* יבמות Jevammòth *fol.* 63. כל יהודי שאין עוסק בפריה ורביה כאילו שופך דמים *h. e.* Quicumque Judæus non dat operam liberorum fructificationi, & multiplicationi, perinde eſt, ac ſi effunderet ſanguinem, ſicut dicitur: *Effundens ſanguinem &c.* Geneſ. 9. 6.

HEBRÆORUM MATRIMONIUM.

Cum de legitimo Hebræorum Conjugio, ac Matrimonio mentio injecta ſit, placet hoc in loco nonnulla de ipſorum nuptiis ſubjicere. Solent itaque Hebræi ut plurimum die שבת Sabbati *nuptias ſuas celebrare læta omina futuræ prolis inde capientes. In iiſdem celebrandis vetitum Judæis ipſis inſtrumenta muſica pulſare, conceſſum tamen Chriſtifidelium opera ad edendum ſonum uti. Licet autem vulgo Matrimonii confirmatio juxta Rabbinorum præſcriptum ſub dio fieri ſoleat, ego tamen intra domeſticos parietes ſequenti ritu quondam peractam vidi. Cum Tabernaculum quoddam admodum pulcrum in media aula textilibus ſtragulis, magnificis operibus pictis ornata erectum eſſet, ex utraque parte fœminæ Hebrææ frequentes per circuitum aſſidebant, quibus promiſcua populi multitudo curioſitatis ergo erat circumfuſa. Sponſa inter reliquas ſpecie, & pulcritudine inſignis velo ferme ad ta-*

talos obducta, veſtibuſque nuptialibus amicta cum Rabbino togato ejus lateri hærente ſub Tabernaculum venit, quam non longo intervallo ſecutus eſt Sponſus Sabbatinis veſtibus indutus, pallio ex vellere bombycino ſuper injecto. Ibi poſtquam ſtantes cyathum vini invicem delibarunt, cyatho parieti illiſo, cum בְּתוּלָה Betulà, *h. e.* Virgo *eſſet (ſecus in terram projicitur, ſi ſit* אַלְמָנָה Almanà, *h. e.* Vidua) *& utroque faciem obvertente meridiem verſus, Sponſa ter circum Sponſum a Rabbino ducta eſt, quam ſtatim ſibi a Rabbino traditam, manuque apprehenſam Sponſus per totam aulam ſemel deduxit, Judæis omnibus, qui aderant, interea benedictionis ergo in ipſos frumentum conjicientibus, elataque voce verba illa Geneſeos repetentibus* פְּרוּ וּרְבוּ Creſcite, & multiplicamini. *His peractis, Rabbinus utriuſque manum conjunxit, & a Sponſo annulum accepit coram duobus teſtibus ad id advocatis, quem Sponſus Sponſæ digito indens ait:* Ecce annulo hoc mihi deſponſata es ſecundum ritum Moſis, & Iſraelis. *Ubi annulo Sponſa eſt induta, & coram aliis duobus teſtibus dotis inſtrumentum lectum, nuptiæ per ſeptem continuos dies ad exemplum Labanis, & Sampſonis celebrantur. Hujuſmodi eſt ritus confirmationis Matrimonii Judæorum.*

Matrimonii mentione facta, & Inſtrumenti dotalis, quod in uſu eſt apud Hebræos, placet hoc in loco Philo-Hebræorum gratia ejuſdem exemplar proponere, ut perfectam, ſi fieri poſſit, rerum Hebraicarum cognitionem aſſequantur.

Inſtrumenti dotalis Judæorum exemplar ex Dialecto Talmudica Babyloniæ, juxta quod cætera Inſtrumenta confici poſſunt.

(1) בששי בשבת בארבעה לחודש סיון שנת חמשת אלפים ומאתים וחמשים
וארבע לבריאת עולם למנין שאנו מנין כאן במאששיליאה (2) מתא דעל כיף
ימא מותבא איך החתן ר׳ משה בר״ר יהודה אמר (3) למרת קלארונה בת ר׳ דויד
בר״ר משה דלישבונא: (4) הואי לי לאנתו כדת משה וישראל ואנא (5) בסימרא
דשמיא (6) אפלח (7) ואוקיר ואזון ואפרנס יתיכי (8) ליכי כהלכת גוברין יהודאין
דפלחין ומוקרין וזנין ומפרנסין ית נשיהון בקשטא: ויהבנא ליכי (9) מהר בתוליכי
כסף (10) זוזי מאתן דחזו ליכי מדאוריתא ומזוניכי וכסותכי וספוקיכי (11) ומנדע
יתיכי כאורח כל ארעא: וצביאת מרת קלארונא בתולתא דא והות ליה לר׳ משה
בר

בר׳ יהודה חתן דנא לאנתו: ודא (12) נדוניא דהנעלת ליה עם נפשה (13) מבית
נשא ואמה בין בכסף וזהב ובגדים (14) ותכשיטין ושמוש ערסא ושאר (15)
מטלטלי סך (16) שומת הכל קבל עליו ר׳ משה בר״ יהודה חתן דנה בשלש מאות
ושלשים וששה (17) פרחי זהב טבי ותקולי שוה הפרח שלשים ושנים דנרין היאלש
ממטבע היוצא פה מאששיליאה: ולא תהא כתובה זו ככתובות החוזרות (18)
לשליש אלא שתגבה כל אלו שלש מאות שלשים וששא פרחים משלם בלי (19)
פחת כלי שבועה קלה (20) וחמורה ואפילו חרם סתם ואפילו הדרת הראש
ואפילו (21) על ידי גלגול בין בכולה בין במקצתה בין היא בין יורשיה בין הבאים
מכחה בין ממנו בין מיורשיו בין מהבאים מכחו לעולם: וכך אמר לנו ר׳ משה חתן
דנה חמר (22) ואחריות כתבתא דא ונדוניה דא קבלית עלי ועל (23) ירתאי
בתרי להתפרעא מכל (24) שפר ארג נכסין וקנינין דאית לי תחות כל־שמיא (25)
דקנאי ודאקנה: נכסין דאית להון אחריות ואגבן דלית להון אחריות כלהון יהון
אחראין וערבאין לכתבתא דא ונדוניא דא כאחריות וחומר כל־שטרי (26) כתובאתא
דנהיגין בבנת ישראל מיומא דנן ולעלם דלא כאסמכתא ודלא בטופסי דשטרי:
וקנינא מר׳ משה חתן דנא למרת קלארונאה בתולתא דא אנתתיה על כל־מה
דכתיב ומפרש לעיל במנא דכשר למקניא ביה: והכל שריר וקים:

Inſtrumentum idem dotale in Linguam Latinam converſum.

Sexto hebdomadis *die*, quarto menſis Sivàn, *h. e. Maji*, anno quinquies milleſimo ducenteſimo, quinquageſimo quarto creationis Mundi, juxta numerum, quo numeramus hic Maſſiliæ, urbe, quæ ad littus maris ſita eſt, Sponſus R. Moſes filius R. Jehudæ dixit Dominæ Claronæ filiæ R. David, filii R. Moſis Lisbonenſis. ESTO MIHI IN UXOREM JUXTA LEGEM MOSIS ET ISRAEL: & ego juxta Verbum Dei colam, honore proſequar, alam, & regam te juxta morem virorum Judæorum, qui colunt, honorant, alunt, & regunt uxores ſuas fideliter. Dono autem tibi dotem Virginitatis tuæ argenti denarios ducentos, qui conveniunt tibi ex Lege; quin etiam alimentum tuum, veſtitum tuum, atque ſufficientem neceſſitatem tuam; item cognitionem tui juxta conſuetudinem univerſæ terræ. Sic acquievit Domina Clarona Virgo hæc,

hæc, fuitque ipſi R. Moſi, filio R. Jehudæ Sponſo huic in uxorem. Ejus autem dotis, quam ipſa attulit ipſi ſecum ex domo elocantis *Patris*, & matris ſuæ ſive in argento, ſive auro, ſive veſtibus, ornamentis, aut ſupellectile lecti, reliquiſque mobilibus, ſummam æſtimationis omnium recepit in ſe R. Moſes filius R. Jehudæ, Sponſus hic, ad trecentos triginta ſex liliatos aureos bonos, & juſti ponderis, valente quolibet liliato triginta duos denarios regales, de moneta, quæ tranſit hic Maſſiliæ. Porro non erit dos hæc, ſicut dotes, quæ redeunt ad trientem, ſed ut exigat univerſos iſtos tercentos triginta ſex liliatos ex integro abſque diminutione, & abſque juramento levi, vel gravi, imo etiam abſque anathemate ſimpliciter; abſque reſtitutione capitalis, etiam per modum revolutionis ſive totam illam dotem, ſive partem ejus, vel ipſa, vel hæredes ejus, ſive qui veniunt ex virtute ejus, ſive ab eo, ſive ab hæredibus ejus, aut qui veniunt ex virtute ejus in æternum. Sic dixit nobis R. Moſes Sponſus hic: onus, & cautionem Scripti dotalis hujus, & dotis ſuſcepi in me, & hæredes meos poſt me, ut exſolvatur ex omni re pulcherrima, & deſideratiſſima facultatum, & poſſeſſionum, quæ ſunt mihi ſub toto Cœlo, quas acquiſivi, vel quas acquiſiturus ſum. Facultates, quarum eſt oppigneratio, & ſuper quas non eſt oppigneratio, omnes illi erunt oppignerationes, & fidejuſſiones pro Scripto dotali hoc, & dote hac, in oppignerationes, & onus omnium contractuum dotalium, qui uſitati ſunt inter filias Iſrael, a die hoc, & uſque in ſæculum, ut non ſint vel quaſi authenticus contractus, vel quaſi tranſcriptio contractus. Sic acquiro ego a R. Moſe Sponſo hoc Dominæ Claronæ Virgini huic, uxori ejus, juxta omne, quod ſcriptum, & expreſſum eſt ſupra, eo modo, quo convenit acquirere. Univerſum hoc ratum, & firmum eſto.

Animadvertendum, non ubique locorum eamdem eſſe apud Hebræos Inſtrumenta dotalia conficiendi rationem, præcipue vero apud Germanos, qui paucioribus verbis utuntur.

ANNOTATIONES.

(1) בְּשִׁשִּׁי בְּשַׁבָּת *Hujuſmodi exordio Hebræi ſolent uti. Ad verbum ſignificat* In ſexto in hebdomade: *h. e.* Sexto hebdomadis die. (2) מָתָא *Nomen apud Talmudicos uſitatum:* urbs, locus. *Hinc illud,* לְמָתָא דְּיַרְקָא יַרְקָא שְׁקוֹל In urbem olerum olera importa. (3) מָרַת Domina. *Eſt nomen fœmininum juxta illud* מָרַת בֵּיתָא Domina domus, hera domeſtica. 1. Reg. 17. v. 17. *a maſculino* מָרָא, *vel* מָרִי Dominus. (4) הֲוָאִי Eſto. *Secunda perſona ſingularis Imperativi juxta formam Syram,* א *inſerto ad vocalem indicandam, quod Talmudiſtis uſitatiſſimum. Ritus autem hic conſecrandi ſibi uxorem eſt*

apud

Digitized by Google

apud Judæos ſolemnis. (5) בְּמֵימְרָא דִשְׁמַיָּא Juxta verbum Dei. *Frequentiſſime ab Hebræis, Chaldæis, & Syris uſurpatur* שְׁמַיָּא, שָׁמַיִם Cœlum *pro* Deo: *Hinc illud* Dan. 4. v. 23. דִּי שַׁלִּטִין שְׁמַיָּא Quod Cœli dominantur, *nimirum* Deus. *Illud etiam* Lucæ 15. 18. Πάτερ, ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐνώπιόν σου. Pater peccavi in Cœlum, *h. e.* in Deum, & in te. *Sic* Matthæi 21. 25. Τὸ βάπτισμα Ἰωάννου πόθεν ἦν; ἐξ οὐρανοῦ, ἢ ἐξ ἀνθρώπων; Baptiſma Joannis unde erat? a Cœlo, *h. e.* Deo, an ab hominibus? *Sic Rabbinorum illud* כָּל מַעֲשֶׂיךָ יִהְיוּ לְשֵׁם שָׁמַיִם Omnia opera tua ſint in nomine Dei. (6) אֲפַלַּח Colam, humanitatis officia præſtabo. *Hæc ſunt verba ſolemnia ad concipiendum Matrimonii vinculum, ac propterea repetuntur*. (7) וְאוֹקִיר Et honore proſequar, honeſte eam alam, eam de illa curam, ac ſollicitudinem habebo, quam honeſtas poſtulabit. *Hinc veteres Hebræi his verbis Matrimonium contrahentes admonendos cenſuerunt*, לעולם יהא אדם זהיר בכבוד אשתו שאין ברכה מצויה בתוך ביתו של אדם אלא בשביל אשתו שנ׳ ולאברהם היטיב בעבורה והיינו דאמר להו רבא לבני מחוזא אוקירו לנשייכו כי היכי דתתעתרו: *h. e.* Semper eſto homo monitus de honore uxoris tuæ. Nulla enim benedictio reperitur in domo hominis, niſi propter uxorem ejus, ſicut dicitur *Geneſ. 12. 16. Et Abrahamo benefecit propter eam*. Illud eſt, quod dixit Rabba concivibus ſuis. Honorate uxores veſtras. Sic enim fiet, ut ditemini. *Huc etiam illud Apoſtoli referendum eſt*. Οἱ ἄνδρες ὁμοίως, συνοικοῦντες κατὰ γνῶσιν, ὡς ἀσθενεστέρῳ σκεύει τῷ γυναικείῳ ἀπονέμοντες τιμὴν, ὡς καὶ συγκληρονόμοι χάριτος ζωῆς, εἰς τὸ μὴ ἐκκόπτεσθαι τὰς προσευχὰς ὑμῶν. Viri ſimiliter cohabitantes ſecundum ſcientiam, quaſi infirmiori vaſculo muliebri impertientes honorem, tamquam & cohæredibus gratiæ vitæ, ut non impediantur orationes veſtræ. *Ex his verbis plane colligitur, Apoſtolum quoque jubere, vaſi muliebri, ut infirmiori, a maritis honorem tribui*. (8) לִיכִי Tibi. *Dativus hic pleonaſtice eſt adhibitus juxta conſuetudinem Hebræorum*. (9) מוֹהַר Dotem. *Conſueviſſe Sponſos apud Hebræos Virginibus, quas in Matrimonium ducebant, dotem dare, colligitur ex multis Sacræ Scripturæ locis. Hinc Exod. 22. 16. 17.* וְכִי יְפַתֶּה אִישׁ בְּתוּלָה אֲשֶׁר לֹא אֹרָשָׂה וְשָׁכַב עִמָּהּ מָהֹר יִמְהָרֶנָּה לּוֹ לְאִשָּׁה: אִם מָאֵן יְמָאֵן אָבִיהָ לְתִתָּהּ לוֹ כֶּסֶף יִשְׁקֹל כְּמֹהַר הַבְּתוּלֹת *h. e.* Si ſeduxerit quis virginem needum deſponſatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habebit eam uxorem. Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam juxta modum dotis, quam virgines accipere conſueverunt. *Sic Davidi filiam Saul Rex pollicitus, cum tenuiſſimæ fortunæ eum eſſe sciret, non pecuniariam dotem ab eo petiit, ſed centum Philiſtæorum præputia. 1. Sam. 18. v. 25. Contra Geneſ. 34. v. 11. & 12. quamlibet vel magnam dotem ſibi Sichem imponi poſtulabat, dummodo virgine Dina Jacobi filia, quam miſere deperibat, potiretur*. וַיֹּאמֶר שְׁכֶם אֶל־אָבִיהָ *h. e.*

וְאֶל־אַחֶיהָ אֶמְצָא חֵן בְּעֵינֵיכֶם וַאֲשֶׁר תֹּאמְרוּ אֵלַי אֶתֵּן׃ הַרְבּוּ עָלַי מְאֹד מֹהַר וּמַתָּן וְאֶתְּנָה כַּאֲשֶׁר תֹּאמְרוּ אֵלָי וּתְנוּ לִי אֶת־הַנַּעֲרָ לְאִשָּׁה׃ *h. e.* Et dixit Sichem ad patrem, & ad fratres ejus, inveniam gratiam coram vobis, & quæcumque ſtatueritis, dabo. Augete dotem, & munera poſtulate, & libenter tribuam, quæ petieritis: tantum date mihi puellam hanc uxorem. *Dotem autem ex quinquaginta ſiclis conſtitiſſe inferunt ex illo loco Deuteronomii* 22. 29. וְנָתַן הָאִישׁ הַשֹּׁכֵב עִמָּהּ לַאֲבִי הַנַּעֲרָ חֲמִשִּׁים כָּסֶף׃ *h. e.* Et dabit, qui dormivit cum ea, patri puellæ quinquaginta ſiclos argenti. (10) זוּזֵי מָאתַן Denarios ducentos. *Ducenti autem* זוּזִין *ſunt quinquaginta Sicli, cum Siclus quatuor* זוּזִין, *ſive* denarios *valeret. Siclus ſacer erat dimidius Imperialis thalerus, vulgaris vero quarta pars unius Imperialis. Hinc in Tractatu de Jure dotium apud Talmudicos legitur:* בתולה כתובתה מאתים ואלמנה מנה *h. e.* Virginis dos eſt ducentorum (*denariorum*), viduæ manè, *h.e.* centum denariorum. (11) וּמַנְדַּע Et cognoſcere. *Ea ſignificatio huic Verbo ſubjecta eſt, quam habet* Geneſ. 4. v. 1. וְהָאָדָם יָדַע אֶת־חַוָּה אִשְׁתּוֹ Adam vero cognovit Hevam uxorem ſuam. *Vide præterea* Exod. 21. v. 10. (12) נְדוּנְיָא Dos muliebris, *quam ipſa ex domo Patris ad maritum Sponſum nuptiarum tempore affert, cum omnibus ornamentis, inauribus, monilibus, armillis &c. hoc nomine a Rabbinis nuncupatur. Hinc Majemon parte 2. fol. 30.* הנכסים המכנסת האשה לבעלה בין קרקע בין מטלטלין בין עברים אעפי שהן נכתבין בשטר הכתובה אין נקראין כתובה אלא נדוניא שמם *h. e.* Facultates, quas affert uxor ad maritum ſuum, ſive ſint bona immobilia, ſive mobilia, ſive ſervi, licet ſcriptæ ſint in inſtrumento dotis, tamen non vocantur כְּתוּבָּה, ſed נְדוּנְיָא. (13) מִבֵּית נָשָׂא E domo apportantis, elocantis, *videlicet* Patris. *In aliis inſtrumentis, vel epiſtolis, vel contractibus ſimpliciter uſurpant* מִבֵּית אֲבוּהּ E domo Patris ſui. (14) תַּכְשִׁיטִין *Eſt nomen generale mundi muliebris tum veſtes, tum annulos, gemmas, & alia hujuſmodi pretioſa complectens. Hinc in Targum Hieroſolymitano, & Jonathanis:* תַּכְשִׁיטָהּ Mundum ejus. Exod. 21. 10. וּתְשַׁוִּאִי תַּכְשִׁיטִיךְ עֲלָיִךְ Et pones ornamenta tua ſuper te. Ruth 3. v. 3. (15) מְטַלְטְלֵי Bona mobilia *in ſtatu conſtructo, a* טַלְטֵל movere ſe, vagari. *Forma autem conſtructa pro abſoluta apud Rabbinos, & præcipue Talmudiſtas paſſim adhibita reperitur. Ejus oppoſitum eſt* קַרְקָעוֹת Fundi, Bona immobilia. (16) שׁוּמָה Summa, poſitio. *Numerus in unum collectus.* (17) פִּרְחֵי זְהַב *Ad Verbum* Flores auri. *Intelligenda eſt moneta liliis ſignata apud Gallos in uſu. Lilia enim a Gallis appellantur* Flores liliorum. (18) לִשְׁלִישׁ Ad trientem. *Bertramus ait:* trientem ad dotis acceſſionem refero, quam nolit reduplicata ejus media ſumma ad ſeſquialteram aſſurgere. (19) פַּחַת Diminutio. פָּחוֹת Minus. לְפָחוֹת Ad minimum. *Hinc Rabbini* לֹא פָחוֹת וְלֹא יוֹתֵר Neque minus, neque plus. (20) תַּמּוּרָה

a

Pſal. 128. 3. יְהִי פָתוֹרְהוֹן Sit menſa eorum. Pſal. 69. 23. *Plur.* פָתוֹרִין menſæ. Ezech. 23. 41. *Emphat.* עַל פָתוֹרַיָא ſuper menſis. Ezech. 40. 43. *Cum aff.* פָתוֹרֵיהוֹן menſæ eorum. Iſa. 28. 8. *Interdum* פָתוֹר *præcipue apud Talmudicos ſignificat* linteum, mappam, *quo menſa tegitur. Juxta hanc ſignificationem uſurpatur in Talmudis Tractatu* נדה Niddà *fol. 20. col. 1.*

פָתוֹרָאָה Trapezita, Nummularius, Collybiſta, Argentarius, Menſarius, *ita dictus, quia negotiationem pecuniæ in menſa peragit. Hinc nomen nactus eſt* ר חנא פתוראה R. Channà Patoraà, *h. e.* Rabbi Channà Nummularius, *qui etiam voce Hebraica appellatur* שֻׁלְחָנִי Sulchanì, *quod verbum ſignificat* Menſarium.

פַּתְרָן Macilentus, macer. Pſal. 109. 24. *Plur.* פַּתְרָנִין macilenti. Numer. 13. 21. *in Jonathane.*

פַּתְרָנוּתָא Macies. Pſal. 106. 15.

פתש פַּתְשֶׁגֶן Exemplum, exemplar. *Idem ac* פַּרְשֶׁגֶן Joſ. 8. 32. Eſth. 3. 14.

פַּתְשֶׁגֶר Dux: ſecundus a Rege. Eſth. 10. 3. *In quibuſdam exemplaribus pro* פַּתְשֶׁגֶר דְמַלְכָא, *ita teſtante Elia, reperitur* אלקפטא, *quod vocabulum Arabicum eſſe videtur.*

פַתַת Frangere, in fruſta concidere. *Hebraice.* והוה דמיך על ערסא פתותא Qui dormiebat in lecto fracto. שפתתה פתים מרובה Quod fregit in fruſta multa. וחדא מנהון פתותא Et unum ex illis erat fractum.

פְּתִיתִין Fragmenta, ſegmenta, fruſta, particulæ. *R. Eliezer dixit:* כל המשייר פתיתין על שולחנו כאלו עובד ע א *h. e.* Qui relinquit fragmenta in menſa ſua, perinde eſt, ac ſi ſerviret Idolis, *ſicuti dicitur:* Et vos, qui dereliquiſtis Dominum, qui obliti eſtis montem ſanctum meum, qui ponitis Fortunæ menſam, & libatis ſuper eam. Iſa. 65. 11.

פַּת, פִּתָא, פִּתְּתָא Fruſtum, buccella, portio panis. Geneſ. 18. 15. *&* 40. 16. *Plur.* פִּתִּין fruſta, portiones. תְּלָתָא פִּתִּין דִלְחֶם Tres orbes panis. 1. Sam. 10. 4. *Apud Rabbinos* מָקוֹם פִּיתָא Locus cibi, conclave, ubi cibus ſumitur. *Proverbium apud Talmudicos,* בריך מריה דהאי פתא Benedictus ſit Dominus hujus buccellæ. *Hoc Proverbio ſignificare volunt, beneficium quodlibet, & donum grato animo Deo acceptum eſſe referendum. In* שביעין Scevìin *cap.* 8. *odium ſuum in Chriſtianos oſtendentes ajunt:* האוכל פת כותי כאילו אוכל בשר חזיר Qui comedit panem Cuthæi, (*h. e. Chriſtiani*) perinde eſt, ac ſi comederet carnem ſuillam. *Apud R. Eliezerem:* כל שאינו משייר פת על שולחנו אינו רואה סימן ברכה לעולם *h. e.* Quicumque non reſiduum facit panem in menſa ſua, non videt ſignum benedictionis umquam, ſicuti dicitur Job 20. 81. *Non remanſit de cibo ejus, & propterea nihil permanebit de bonis ejus. Et* 2. Paralip. 31. 10. *Ex quo cœperunt offerri primitiæ in domo Domini, comedimus,*

& ſaturati ſumus , & remanſerunt plurima , eo quod benedixeris Dominus populo ſuo : reliquiarum autem copia eſt iſta, quam cernis . Et Ruth 2. 14. *Dixitque ad eam Booz. Quando hora veſcendi fuerit , veni huc , & comede panem , & intinge buccellam tuam in aceto . Sedit itaque ad meſſorum latus , & congeſſit polentam ſibi , & ſaturata eſt , & tulit reliquias . In* יוֹמָא Jomà *fol.* 18. *Rabbini metaphorice hac dictione* פַּת *utuntur : ut* אינו דומה מי שיש לו פת בסלו למי שאין לו פת בסלו *h. e.* Non eſt ſimilis is, qui habet panem in corbe ſuo, ei , qui non habet panem in corbe ſuo. *Proverbio hoc utuntur ad ſignificandum , habentes uxorem non ita deſideriis æſtuare, ſicut ii , qui illa carent. Per jocum Hebræi alio ſimili Proverbio utebantur* אנשי ירושלים אנשי שחץ היו: אדם אומר לחברו במה סעדתה היום: בפת עמילה או בפת שאינה עמילה: ביין גורדלי או ביין חרדלי: *h. e.* Cives Hieroſolymitani cives efferati erant . Quilibet dicebat ſocio ſuo, quodnam prandium hodie habuiſti? an panem laboratum, an non laboratum comediſti? an in lecto lato, an anguſto cubuiſti? an vinum Gordelinum, an Chardelinum bibiſti? *Scortatores his vocibus invicem utebantur . Per* panem laboratum *mulierem ſubactam , & fornicariam intelligebant* ; *per* panem non laboratum *virginem. Cum autem* vinum Gordelinum *album eſſet , & limpidiſſimum* , Chardelinum *vero atrum* , & *turbidum , quærebant illis vocibus , utrum ſocius cum candida , an nigra rem habuiſſet . Per* lectum latum *pinguem, & obeſam fœminam innuebant ; ſicuti per* lectum anguſtum *mulierem macram, gracilem, &, ut Terentius ait ,* curatura junceam *deſignabant . Cæterum* פַּת עֲמִילָה Panis amylus *erat panis non molitus , molam non expertus.*

De Hebræorum odio in חֲזִירִים *Porcos.*

Cum de בְּשַׂר חֲזִיר carne ſuilla, *cujus eſus Hebræis prohibitus eſt, ſupra mentio facta ſit, placet hoc in loco de eadem nonnulla addere. Illud profecto conſtanter aſſerendum eſt, ſine ulla ratione ex Majorum ſuorum tantummodo ſuperſtitione Judæos gravius porcos , quam alia qualibet impura animalia , averſari , cum a Deo ipſorum eſus tantum , non etiam commercium interdictum fuerit , quorum odium adeo inter ipſos crevit , ut* חֲזִיר porcum *nominare coacti nullo modo adduci poſſint , ut nomine ſuo* חֲזִיר porcum *appellent , ſed de porcis loquentes verba* ד״א *h. e.* דָּבָר אַחֵר rem alienam *adhibeant. Nonnulli ex Auctoribus a Judæis cultum, & venerationem tributam fuiſſe* לַחֲזִירִים porcis *volunt . Hinc Petronius Arbiter in Fragmentis :* Judæus licet & porcinum Numen adoret. *Id certe ſenſerunt de Judæis juxta Ægyptiorum conſuetudinem judicantes, a quibus ea animalia non com-*

ede-

Digitized by Google

edebantur , quibus cultum præſtabant . Plutarchus lib. 4. *Sympoſ. quæſt.* 5. *ſatis longa, ac prolixa diſputatione quærit, utrum Judæi ob odium, an vero religionem a* חֲזִירִים porcorum *carnibus comedendis abſtineant, cenſetque tandem venerationis ergo id fieri . At melius certe inter Gentes, quam inter Judæos porcorum patronos & cultores Plutarchus quæſiiſſet, cum apud Athenæum l.* 9. *Agathocles de* Cretenſibus *tradat, porcum apud ipſos animal ſacrum eſſe, quem cultu, & veneratione qualibet proſequebantur. Utinam Plutarchus ſibi conſtitiſſet, neque modo venerationi, modo averſioni ob metum lepræ ſuillæ carnis abſtinentiam tribuiſſet. Certe illud vere dicere poſſumus, atrocia qualibet pati, quam carne ſuilla veſci, Judæos maluiſſe,* 2. Machab. 7. v. 18. & c. 7. 1. *& apud eoſdem porcos alere rem infamem extitiſſe, & canone prohibitam. Majemon. cap.* 5. *Quin eo odium progreſſum eſt, ut eos ne nominari quidem voluerint, ne pueris daretur occaſio eoſdem quærendi. Hinc Proverbium natum de hominibus minime acceptis, ipſos ea benignitate excipi, qua porcos Judæus. Porro cum hoc Judæorum odium in porcos ipſorum hoſtes intelligerent, vi, & minis ad ſuillam carnem manducandam eos compellere ſæpe conati ſunt, & Antiochus Epiphanes ad eos affligendos ſuper Altari Templi porcos ſacrificari juſſit.* 1. Machab. 1. 50. *Ad Judæos vero ex ædibus ſacris arcendos ſuem cum porcellis in eorum januis expreſſerunt, Æliuſque Adrianus Imperator eamdem Hieroſolymitanæ urbis portæ imponi voluit. Non inficior, Græcos, Romanos, populoſque Judæis in Oriente proximos, & cum iis immixtos in Galilæa Gentiles magnos porcorum greges aluiſſe, quod clare teſtantur etiam Evangeliſtæ D. Lucas* 8. *v.* 32. *D. Marcus* 5. *v.* 11. *& D. Matthæus* 8. 30. *carneque ſuilla valde oblectatos fuiſſe. Quin ex Varrone l.* 2. *de Re Ruſtica cap.* 4. *habetur, ſuillum pecus donatum a natura ad epulandum. Verumtamen nemo ex Hiſtoricis, eas gentes propter ſuillæ carnis comeſtionem lepræ ſubjectas fuiſſe narrat. Quæritur quidem a viris doctis, an ob metum lepræ ſummo odio carnem ſuillam Judæi proſequantur, an vero Deus eam prohibuerit, ut corporum incolumitati conſuleret. Alii alias rationes hujus interdicti afferunt; Voſſius autem ob triplicem potiſſimum rationem id factum contendit, tum quia nimirum hoc turpe animal cœno lutoque gaudet, tum quia humanas carnes ſummopere appetit, tum quia in Judæa, aliiſque Orientis terris, ſicuti in Ægypto, hujus carnis eſus lepram, ac vitiligines parit. At hujus odii vera, ac præcipua cauſſa, & origo eſt interdictum Divinum de* חֲזִיר porco *non comedendo.* Levit. 11. 7. Deut. 14. 8. Iſa. 65. 4. *Lege enim Divina nonnulla ciborum genera a Judæorum menſis procul amandata ſunt, & animalia quædam apud alias gentes in deliciis habita ſolemni præcepto prorſus interdicta.*

Digitized by Google

DICTIONES EX RABBINIS.

פ *Abbreviatura. Idem ac* פֶּרֶק Caput, *videlicet* libri. בפ״ב In capite ſecundo: ובפ״ Et in capite. *Pluraliter* פְּרָקִים Capita. 2. פָּסוּק Verſus Biblicus, Textus Scripturæ Sacræ. 3. פֵּרֵשׁ Interpretatur. 4. פְּתוּחָה Apertum. 5. פַּעַם Vice: פַּא״ *h. e.* פַּעַם אַחַת Vice una. *Pluraliter* ג׳ פ׳ *h. e.* שָׁלוֹשׁ פְּעָמִים Tribus vicibus. 6. פָּרָשָׁה Paraſchà, *h. e.* Sectio: *ut* בפ׳ בְּרֵאשִׁית in Paraſchà Bereſchìt.

פא״ *Abbreviatura. Idem ac* פֵּירוּשׁ אַחֵר Expoſitio alia. 2. פִּרְקֵי אָבוֹת Capitula Patrum. *Eſt nomen libri celebris Talmudici, dicta, apophthegmata, & ſententias illuſtres Rabbinorum complectentis. Magno eſt in uſu apud Hebræos, vulgoque a cæteris libris ſejunctus circumfertur cum brevi R. Abarbenelis commentario. Eum in Latinam Linguam tranſtulit, & Scholiis, atque Animadverſionibus illuſtravit Paulus Fagius, & Joannes Druſius.* 3. פַּעַם אַחֶרֶת Vice alia. *Alio etiam modo explicatur, prout ſenſus loci poſtulat.*

פֵּאָה Latus, angulus, pars extrema. מִפֵּאַת ex parte. *Apud Talmudicos eſt Tractatus* פֵּאָה *inſcriptus. Item* coma, capillus.

פאפ״ *Abbreviatura. Idem ac* פֶּה אֶל פֶּה Ore ad os, ore tenus. 2. פָּנִים אֶל פָּנִים Facie ad faciem, in conſpectu, coram. *In Epiſtolis frequens ejus uſus.*

תִּפְאֶרֶת, פְּאֵר Elegantia, ornatus, ornamentum, decus. לְתִפְאֶרֶת הַקְּרִיאָה ad elegantiam lectionis, *id eſt*, euphoniæ cauſſa. *Apud Kabbaliſtas* תִּפְאֶרֶת *eſt unus ramus arboris Kabbaliſticæ.*

פבפ״ *Abbreviatura. Idem ac* פְּלוֹנִי בַּר פְּלוֹנִי N. filius N. *Solet præcedere* ר׳, *vel* רַבִּי Rabbi. *In contractuum, & inſtrumentorum formulis, ubi nomen alicujus proprium ponendum, adhibetur.*

פנ״ *Abbreviatura. Idem ac* פְּלוּגְתָא גְדוֹלָה Controverſia, diſſenſio magna. *Ejus uſus in Talmude.*

פגנ״ *Abbreviatura. Idem ac* פּוֹרֵץ גָּדֵר יִשְּׁכֶנּוּ נָחָשׁ Diruens ſepem, mordebit eum ſerpens. Eccleſ. 10. 8.

פִּגּוּל פגל Immundities, res immunda, cadaver: fœtor. *Fœtoris indicia Rabbini conſtituunt colorem, & odorem corruptum.*

פגם, פִּגּוּם, פְּגִימוּת, פְּגִימָה Sciſſura, ruptura, inciſio. פְּגִימַת הַנֶּפֶשׁ Labes animæ, vitium originale. *Apud Talmudicos* פְּגִימַת הַלְּבָנָה Inciſio Lunæ, *h. e.* cornua Lunæ deficientis.

פד״ *Abbreviatura. Idem ac* פַּתַח דְּסִפְרָא Pathach libri. *Maſoretharum nota in iis vocibus, quæ cum accentu Athnach, vel Sophpaſuk Pathach, vel Segol ſervant, cum juxta regulas Grammaticæ propter eos accentus habere deberent Kametz.* 2. פִּסְקָא דְסִפְרָא PisKà libri. PisKà, *vel* פָּסִיק

eſt virgula recta, quæ inter duas dictiones collocatur, adhibeturque ad pronunciationis celeritatem inhibendam.

פַּרְנָג, פרנ Pædagogus, puerorum nutritius. *Fœm.* פִּירְנוּנִתָא nutritia, pædagoga.

פַּדַּחַת, פרח Frons. פַּדַּחַת קָמוּט Frons rugoſa.

פה *Abbreviatura. Idem ac* פָּסוּק הוּא Verſus Biblicus eſt. *Uſurpant admonentes, textum aliquem e Sacris litteris deſumptum eſſe.* 2. פֵּירוּשׁ הַקּוּנְטְרֵיס Explicatio quinternionis. *In Commentariis Talmudicis occurrit, ubi dictio aliqua in eodem folio explicatur. In numero plurali* קוּנְטְרֵסִין Quinterniones, folia.

פה״י *Abbreviatura. Idem ac* פֶּסַח הַיּוֹם Paſcha eſt hodie.

De Feſto פּוּרִים *Purìm*, ſive Bacchanalibus Hebræorum.

Feſtum פּוּרִים Purìm, *h. e.* Sortium, *quod vocabulum Perſicum eſt, incidit in diem decimum quartum, & decimum quintum* אדר Adàr *Februarii. Ante hoc Feſtum Judæi jejunant ad Reginæ Eſtheræ exemplum, & dona, atque eleemoſynas egentibus largiuntur. Si dies* פּוּרִים Purìm, *ſive* 14. אדר Adàr *die Sabbati agendus eſſet, die hebdomadis quinto jejunium ſervabatur, eodemque die* מגלה Megillà *legebatur. In anno intercalari bis Feſtum* פּוּרִים *celebrabatur. In primo enim menſe Adàr die* 14. *&* 15. *agitur* פורים קטון Purìm Katòn, *hoc eſt*, Purìm parvum, *in altero vero Adàr* פורים גדול Purìm Gadòl, *h. e.* Purìm magnum. *Ritus tamen, & cæremoniæ in utriſque eædem erant, ſi lectionem* מגלה voluminis Eſtheræ *excipias, & largitionem donorum, inter quæ erat differentia. Cenſet enim R. Eliezer filius Joſe* מגלה Megillà, *h. e.* librum Eſther *non eſſe legendum in* ואדר Veadàr, *h. e.* altero Adàr, *ſi in primo* Adàr *ejus lectio fuerit peracta. Judæi autem ſibi perſuadent, ſolum Eſtheræ librum cum Lege Moſis per adventum Meſſiæ non eſſe abrogandum. In ipſo Feſto* פּוּרִים Purìm *Judæi hodierni poſt libri Eſtheræ lectionem peractam otiantur, & epulis vacant. Solemnitas hujuſmodi Judæorum Bacchanalia jure vocari poteſt, Cum in memoriam liberationis populi Iſraelitici per Eſtheram factæ variegatis veſtibus induti ludant, ſaltent, & in omne lætitiæ genus effundantur. Noctu hujus Feſti, candelis plurimis accenſis ad ſignificandum gaudium, ab æditiuo Eſtheræ hiſtoria legitur, cui lectioni interſunt mulieres cum pueris virgis, & malleis inſtructæ, nomenque* הָמָן Amanis *in lectione audientes maximo ſtrepitu tabulata pulſant, ut ipſum amandare, & explodere videantur. Cæterum cum cibo, vinoque hoc die plerique præter modum expleantur, Rabbini narrant, duos Judæos tantam vini copiam hau-*

Digitized by Google

bauſiſſe, ut alter alterum, rixa, & contentione exorta, ex ebrietate cęco impetu interfecerit. Cum poſtero autem die patratum a ſe ſcelus alter cognoviſſet, tantum inde dolorem eum cepiſſe ajunt, ejuſque contritionem Deo adeo gratam fuiſſe, ut ejus auxilio mortuum ad vitam revocaverit. Miraculum hoc credat Judæus apella, non ego. *Hoc feſtum vocatur etiam* מָרְדְּכַי Mardochæus, *ut in libro ſecundo Machabaorum videre licet.*

פָּהַק Oſcitare. מְפַהֶקֶת וּמְעַטֶּשֶׁת oſcitans, & ſternutans, *gen. fœminini.*

פִּזְמוֹן פזם Concentus, rhythmus carminis.

פַּחַד Pavor. פַּחֲדוּת Idem.

פָּחַת Minuere, diminuere. אָדָם פָּחוּת homo parvus, plebejus, vilis, nulla auctoritate pollens. לְפָחוּת ad minus, *vel* minimum, ſaltem. לֹא פָּחוּת וְלֹא יוֹתֵר nec minus, nec magis. פְּחִידוּת diminutio. *Plur.* פְּחִידִיוֹת defectus.

פָּטַט Obloqui, obgannire, garrire, blaterare. פַּטִּיט garrulus, loquax, blatero. פַּטְטִית garrula. מְפַטְפֵּט בְּדִבְרֵי תוֹרָה obloquitur verbis Legis, Verbis Dei. פִּטְטַיָּא garrulitas. פִּטְטוּט garrulitas, loquacitas.

פָּטַר Diſcedere. פִּטֵּר dimittere. פָּטוּר dimiſſum, permiſſum, licitum, immune. נִפְטָר dimiſſus e vivis, mortuus. הַנִּפְטָר מֵרַבּוֹ dimiſſus, diſcedens a præceptore ſuo. פְּטִירָה diſceſſus animæ ex corpore. פִּטּוּר dimiſſio, repudiatio, ſolutio. גֵּט פִּטּוּרִין litteræ repudii. שְׁטַר פִּטּוּר litteræ ſolutionis. מַפְטִיר dimittens. *Ita dicitur, qui lectionem poſtremam in Synagoga legens, populum, ea abſoluta, dimittit.* הַפְטָרָה lectio ſacra Prophetica, *poſt quam populus dimittitur. Lectione Moſaica ſingulis Sabbatis abſoluta, lectionem Propheticam Judæi ſubjungunt, eamque vocant* הַפְטָרָה Aphtarà, *quia, ea peracta, populus dimiſſus abit. Libris enim Legis ſub Antiocho impie combuſtis, & lectione omni tum privata, tum publica ſub pœna capitis prohibita, pie, & religioſe a nonnullis fuit inſtitutum, ut ex Prophetis eligerentur ſectiones, quæ aliquo modo, quod in ſectionibus Moſaicis continetur, complecterentur.*

פוֹטִירֵי Poculum, ſcyphus.

פִּיֵּט Deprecari, ſupplicare. פִּיּוּט deprecatio.

פִּיֵּט Poeta. פַּיְטָן Idem. פִּיּוּט Poeſis, carmen, cantio rhythmica.

פִּילֵי Phiala, patera, crater: ſcutella.

פִּיֵּס Conciliare, placare, ſedare, quietum reddere. פִּיּוּס quies. *Item* פִּיֵּס, *vel* פַּיֵּס deprecari, petere, rogare.

פכ״צ *Abbreviatura. Idem ac* פֶּרֶק כֵּצַד צוֹלִין Caput Ketzàd tzolìn. *Caput Talmudicum a verbis* כצד צולין Ketzàd tzolìn *incipiens, quod eſt unum ex Capitibus libri* פסחים *inſcripti, h. e.* de Paſchate. *Hac ratione per abbreviaturas ſolent Rabbini Capita Talmudis citare.*

פל״ *Abbreviatura. Idem ac* פֶּסַח לֶעָתִיד Paſcha in futurum. *Occurrit in precibus ad*

Digitized by Google

ad feſtum Paſchæ pertinentibus.

פָּלָא Mirum, mirandum. רוֹפֵא מוּפְלָא medicus admirandus. פְּלִיאָה admiratio.

פָּלַג Dividere, dimidiare, diſtribuere, partiri, diſpertiri. פַּלְגוּת medium, dimidium, diviſio, pars dimidia. הִפְלִיג excedere, excellere: diſſentire. מוּפְלָג diviſus, ſeparatus: excellens. *Ei opponitur* סָמוּךְ vicinus. זָקֵן מוּפְלָג ſenex ſeparatus, excedens ætatem ſui ſæculi. הַפְלָגָה exceſſus, ſermonis excellentia, hyperbole. פְּלוּגְתָּא diſſenſio. הִפְלִיג diſſentire. מַפְלִיגִין ſeparant ſe, diſcrepant. פֵּילָגוֹס pelagus, æquor.

פלט, אַפְּלָטוֹן, פְּלָטוֹן Plato Philoſophus. פַּלְטִין palatium. פַּלְטוֹרִין palatia. פְּלַטְיָא platea.

פלל פִּלְפֵּל Exercere ſe diſputando. מְפַלְפֵּל diſputans, ſe exercens acutis, & ſubtilibus quæſtionibus. פִּלְפּוּל diſputatio acuta, quæſtionis diſquiſitio, & diſcuſſio. מְפוּלְפָּל exercitatus, acutus diſputator. פִּלְפֵּל, פִּלְפַּלְתָּא piper.

פּוֹלֵימַרְכוֹס Dux, præfectus ſummus belli.

פלס פִּילוּסָא *Vide mox in* פסל.

פִּלְסוּף Philoſophus. פִּילְסוֹפִיָּא Philoſophia. מִתְפַּלְסְפִין Philoſophantes. אֵצֶל כֹּל מִי שֶׁנִּתְפַּלְסֵף ad quemcumque Philoſophum.

פִּלְפֵּל, פִּלְפֶּלֶת, פִּלְפַּלְתָּא Piper. *Derivantur hæc nomina vel a radice* פּוּל miſceri, conſpergi, *vel a* פִּלְפֵּל acute, & ſubtiliter de re aliqua diſputare, & differere. *Piper enim ſic dictum vel ab acrimonia, vel a conſpergendo, quia cibus eo conſpergitur, vel cum cibo miſcetur. In Tractatu* שבת Sabbàt *fol. 64. Judæis interdicitur geſtare die Sabbati granum piperis, vel ſalis in ore ad odorem fœdum, gravemque oris tollendum, vel ad dolorem dentium ſedandum. In Tractatu autem* חֲגִיגָה Chagigà *legitur Proverbium:* טבא חדא פלפלתא חריפתא מםלא צנא דקארי Melius eſt unum granum piperis acris, quam plenum caniſtrum cucurbitarum. *Nimirum unus ſapiens multis ignaris, & imperitis hominibus anteferendus eſt, & modeſtus ob doctrinam inſignis multis de inani ſcientia ſua gloriantibus longe præſtantior. Uſurpatur etiam a Rabbinis de infimæ ſortis, & conditionis hominibus ingenii ſubtilitate, & acumine alios ſuperantibus.*

פמ *Abbreviatura. Idem ac* פֶּסַח מִצְרַיִם Paſcha Ægypti. *Obvium eſt in Precibus feſti Paſchalis.*

פמב, בְּפוּמְבֵי In pompa, publice, palam, aperte.

פּוּמְבְּדִיתָא Pumbedita. *Regionis Babylonicæ urbs celebris fuit inter Euphratem, & Tigrim flumina ſita, in qua Academia inſignis floruit poſt Templi ſecundi everſionem & vaſtitatem. Pumbeditani fures, & latrones plerique fuerunt. Hinc vulgo dicuntur* גַּנָּבִים מוּמְחִים fures exercitatiſſimi. *Habetur propterea in Tractatu* כריתות *fol. 6. 1.* אקלקי דמתא מחסיא ולא אפדני דפומבדיתא Melius eſt ſedere in fimo urbis

Digitized by Google

bis Machaſiæ (*quæ alibi* Sora *dicitur*) quam in palatiis Pumbeditæ. *Apud eos enim hoſpitium tutum non erat, cum periculum eſſet, ne hoſpites turpiter ſpoliarent. Quemadmodum autem Pumbeditani mali, & triſtes erant, ita Soram incolentes propter Legis Divinæ, humanarumque litterarum ſtudia maxime celebrabantur.*

פְּמַלְיָא, פָּמַלְיָא, פמל Familia.

פּוּנְדָּק, פּוּנְדְּקִי, & פּוּנְדְּקִי, פנר Hoſpes, caupo, *vinum, & eſculenta vendens. Fœm.* פּוּנְדְּקִיתָא & פּוּנְדְּקִיתָא hoſpita, cauponaria. *De Jephte Iſraelitarum Judice dicitur Jud.* 11. 1. וְהוּא בַּר אִתְּתָא פּוּנְדְּקִיתָא Et ipſe (*videlicet Jephte,*) erat filius mulieris cauponæ. *Ex Hebræorum ſententia hæc mater Jephte concubina, non caupona publica, aut ſcortum fuit. Admonet itaque ad hunc locum in Commentariis ſuis R. David Kimchi.* Iſta olim in Iſrael conſuetudo fuit, ne devolveretur hæreditas ab una Tribu ad aliam; ideo non licebat cuiquam ducere uxorem, quæ non eſſet ex ſua Tribu. Quare ſi forte quis amaſſet quandam ex Tribu alia, exibat illa abſque hæreditate, & vulgo appellata fuit פּוּנְדְּקִיתָא hoſpita, curatrix, aut cibatrix, & talis fuit mater Jephte. *Plur.* פּוּנְדְּקָן Cauponæ. *Idem R. David ad Joſ.* 2. 1. *ſcribit, Jonathanem Paraphraſtem ſub honeſto mulieris cauponariæ nomine meretricem intelligere, quæ cauponæ inſtar ſe cuilibet offert, & quemadmodum caupona omnibus cibum præbet, ita meretrix ſingulis ad ſe accedentibus corporis ſui copiam facit.*

פִּנָּה Evacuare, experiri, removere. *Ita in Niphal* egerere, evacuare alvum, ventrem exonerare, *ut* הַנִּפְנֶה בַשָּׂדֶה qui evacuat alvum in agro. שֶׁהָיוּ נִפְנִין שָׁם ubi ſolebant egerere. נִפְנִין אַחַר הַגָּדֵר egerunt poſt ſepem.

פָּנָה Vacare, otioſum eſſe פָּנוּי Otioſus, vacans: *item* cœlebs: viduus. *Cum* viduum *ſignificat, ei opponitur* נָשׂוּי uxoratus, maritatus. *Fœm.* פְּנוּיָה innupta: vidua. פְּנַאי otium. פָּנִים modi, rationes, *ut in Logicis* Barbara, Celarent &c. עַל כָּל־פָּנִים omnibus modis. *Item apud Grammaticos* perſona ſecunda, *ut* מְדַבֵּר בְּפָנִים loquitur in conſpectu, coram, *id eſt*, perſona ſecunda, *quæ coram ſemper eſt.* שֶׁלֹּא בְפָנִים quæ non coram, *id eſt*, perſona tertia, *quæ abſens, & occulta dicitur.* בִּפְנֵי עַצְמוֹ pro ſeipſo, ſeorſum. פְּנִים intra, interius, intimum: Textus libri, *qui dicitur interior, Commentariorum ratione habita, quę exterius in circuitu marginis ponuntur.* לִפְנִים intra. פְּנִימִיּוּת intimum. אֵיבָרִים פְּנִימִיִּים membra interiora, viſcera intima. לְפָנִים ante, paulo ante: mox, paulo poſt, *infra.*

פִּנְקָס, פנק Libellus pugillaris, *in quo rationes extemporariæ exarantur:* codex, libellus, pugillares: catalogus, index.

פ״ס *Abbreviatura. Idem ac* פְּתוּחָה סְתוּמָה, Apertum, clauſum. *De* פָּרָשָׁה סְתוּמָה Paraſchà clauſa, & פְּתוּחָה aperta *vide pag.* 342. *De re hac varia eſt Rab-*

bi-

binorum ſententia, aliique alio inclinant. Rambàm, ſive Majemon in Tractatu de Libro Legis parte prima cap. 8. rem totam fuſe deſcribit, ac quidem de פָּרָשָׁא סְתוּמָה Sectione clauſa *hæc habet*: פרשה סתומה יש לה שלש צורות: אם נמר באמצע השיטה מניח ריוח כשיעור ומתחיל לכתוב בסוף השיטה תיבה אחת מתחלת הפרשה שהיא סתומה עד שימצא הריוח באמצ"ע: ואם לא נשאר מן השיטה כדי לא להניח הריוח כשיעור ולכתיב בסוף השיטה תיבה אחת יניח הכל פנוי ויניח מעט ריוח מראש שיטה שנייה ויתחיל לכתוב הפרשה סתומה מאמצע השיטה שנייה: ואם נמר בסוף השיטה מניח מתחלת שטה שנייה כשיער הריוח ומתחיל לכתוב הסתומה מאמצע שטה נמצאת אומר שפרשה פתוחה תחלתה בתחלת השטה לעולם ופרשה סתומה תחלתה מאמצע השטה לעולם: *h. e.* Sectioni clauſæ tres ſunt formæ. *Prima*. Si finiat (*Scriba*) in medio lineæ, relinquit dictum ſpatium, & incipit ſcribere in fine lineæ dictionem unam ex principio Paraſchæ clauſæ, ita ut appareat ſpatium illud in medio. *Secunda*. Si non ſuperſit de linea, ut poſſit ſpatium illud relinquere, & ſcribere in fine lineæ dictionem unam, relinquet totum illud ſpatiolum vacuum, & parum etiam ſpatii in linea ſequenti, & incipiet deinceps ſcribere Sectionem clauſam a medio lineæ ſecundæ. *Tertia*. Quod ſi finiat in fine lineæ, relinquet ex principio lineæ ſecundæ dictum ſpatium, & incipiet ſcribere Paraſcham clauſam e medio lineæ iſtius. Dico ſummatim, Paraſchæ apertæ initium ſemper debet eſſe a principio lineæ; Paraſchæ clauſæ principium perpetuo a medio lineæ. *Hæc autem de* פָּרָשָׁה פְּתוּחָה Sectione aperta *Majemon idem tradit*. פרשה פתוחה יש לה שתי צורות: אם נמר באמצע השיטה מניח שאר השיטה פנוי ומתחיל הפרשה שהיא פתוחה מתחלת השיטה השנייה במה דברים אמורים שנשאר מן השיטה ריוח כשיעור תשע אותיות: אבל אם לא נשאר אלא מעט או אם נמר בסוף השיטה מניח שיטה שנייה בלא כתב ומתחיל הפרשה הפתוחה מתחלת שיטה השלישית: *h. e.* Sectioni apertæ duæ ſunt formæ. *Prima*. Si finiat (*Scriba*) in medio lineæ, tunc relinquit reliquum lineæ vacuum, & incipit Sectionem apertam a principio lineæ ſecundæ, hoc eſt, relinquit ex linea ſpatium quaſi novem litterarum. *Secunda*. Si reliquum ſit in linea tantummodo exiguum ſpatium, aut ſi finiat in fine lineæ, tunc relinquit lineam ſecundam totam ſine ſcriptura, & incipit Sectionem apertam a principio lineæ tertiæ. *Ex Elia autem in Fragmentis Tabularum hæc habentur*: פָּרָשָׁה פְּתוּחָה Periodus, *vel* Sectio aperta *duas habet formas. Prima, quæ in mediam lineam incidit, & conſtituit ſpatium plus minus novem litterarum. Secunda, quando in finem lineæ incidit, tunc relinquitur ſpatium totius lineæ, & nova* Paraſchà, *ſive* Sectio *incipit a linea tertia*. פָּרָשָׁה סְתוּמָה Sectio clauſa *eſt, quæ relinquit ſpatium in medio lineæ quaſi trium litterarum, & poſtea lineam iſtam finit. Quando autem (præcedens Sectio) abſolvit lineam, tunc ſequens Sectio inchoatur circa medium lineæ ſecundæ. Alii alia de his Paraſchis, ſive Sectionibus aſſerunt, quæ præterire ſatius exiſtimamus, quam longiori oratione Lectorum patientiam defatigare, præſertim cum hujuſmodi ſuperſtitioſa ſcribendi ratio tantummodo in deſcribendo Libro Legis, quo in Synagogis utuntur, ſervetur, in libris vero typis mandatis ſpatium aliquod ex arbitrio relictum ſit. Qui plura de re hac cupit, legat Mercerum Geneſ. cap. 1. v. 6. & cap. 3. v. 16. Animadvertendum præterea de his* פָּרָשִׁיּוֹת Paraſchis, *ſive* Sectionibus *tum apertis, tum clauſis, eas bifariam dividi. Aliæ enim ſunt ſolennes, & illuſtres, ſive magnæ, a quibus lectio Sabbatina initium trahit; aliæ minus inſignes,*

ſeu parvæ, quæ in ſingulis Pentateuchi Sectionibus locum obtinent, quæ, ſi apertæ ſint, majori littera פ*, ſi vero clauſæ, minori littera* ס *indicantur. Sectiones hujuſmodi aliquando quatuor, aliquando quinque, aliquando plura, aliquando pauciora Vulgatæ Capita complectuntur, neque ſemper initium ducunt ab ipſis Capitibus, ſed plerumque ab una vel duabus vocibus illuſtrioribus, quæ argumentum totius Sectionis ſuppeditant. Quamobrem apud Hebræos textus non juxta Capita, ſed juxta hujuſmodi Sectiones citari ſolent. Hanc Pentateuchi diviſionem in Capita, vel Sectiones nonnulli Eſdræ Sacrarum Litterarum inſtauratori tribuunt; alii vero, præcipue ex Judæis, a Moſe in monte Sinai factam volunt. Itaque Lex Moſis, ſive Pentateuchus, vulgo ab Hebræis dictus* חומש Chumàſc, *juxta nonnullos in quinquaginta tres Sectiones, ſed juxta Judæos in quinquaginta quatuor dividitur. Quamobrem ad totam Legem ſingulis annis abſolvendam duas Sectiones majores bis conjungunt. Eamdem Lectionem, quæ die Sabbati legenda contingit, aliis etiam hebdomadæ diebus hodierni Judæi legere ſolent, ſcilicet die ſecunda, & quinta Sabbati, quæ eſt hebdomada feria ſecunda, & quinta; cui Lectioni ſtrictiori, ac religioſiori vivendi modo addicti jejunium adjungunt, quemadmodum Phariſæus ille Evangelicus* Lucæ 18. v. 12. *gloriabatur,* Jejuno bis in Sabbato. *Si quis autem quærat, cur hanc Sectionis in tribus feriis repetitionem inſtituerint, id inde factum nonnulli autumant, ne plures duobus diebus in hebdomade ſine Divinæ Legis lectione tranſireat. Nefas enim eſſe ducunt Majores ſuos per deſertum errantes imitari, qui triduum præterire ſine Legis lectione paſſi ſunt magnæ deſidiæ, & negligentiæ notam traducti. Huc enim illud Exodi 15. v. 22. trahunt:* & iverunt tribus diebus per deſertum, & non invenerunt aquas, *ſcilicet* Legem, *quæ* Iſaiæ 55. v. 1. *aquæ comparatur;* Omnes ſitientes venite ad aquas.

Ceterum ultimo Feſti סֻכּוֹת Tabernaculorum *die lectioni libri* תּוֹרָה Legis *Judæi finem imponunt, qui dies ab ipſis vocatur* שִׂמְחַת תּוֹרָה lætitiæ Legis *propter ingentem lætitiam, qua geſtiunt, ſolemnitates multas, quas peragunt, & opipara, ac lauta prandia, quæ inſtruunt. Sabbatum proxime ſubſequens appellant* שַׁבַּת בְּרֵאשִׁית Sabbatum Bereſchìt, *quia eo Sabbato legitur prima Legis* פָּרָשָׁה Paraſcà *incipiens a* בְּרֵאשִׁית Bereſchìt. *Qui autem* פָּרָשָׁה *hujuſmodi legit, vocatur ab Hebræis* חָתָן בְּרֵאשִׁית *h. e.* Sponſus Bereſchìt. *Id autem in more poſitum eſt, ut Legem abſolventes eodem die lectioni Sectionem primam adjungant, ut palam faciant, ſe non tam lætos eſſe de Lege abſoluta, quam alacres de eadem novo ſtudio repetenda.*

Porro פָּרָשִׁיּוֹת Sectiones *iſtæ ut plurimum in Hebraicis exemplaribus ad calcem libri rejectæ ſunt, ſed cum in Latinis deſiderentur, neque pateat, quo libro, vel quibus Capitibus contineantur, juvabit eas deinceps ſubjicere, & oculis Lectorum proponere, ut citius inveniri poſſint, quoties ab Hebræis citantur.*

Index Alphabeticus פָּרָשִׁיּוֹת Paraſcharum, *ſive*

Sectionum Legis Moſis.

אַחֲרֵי מוֹת Poſt mortem, Levit. 16. 1.
אֵלֶּה מַסְעֵי Iſtæ ſunt profectiones. Numer. 33. 1.
אֵלֶּה פְקוּדֵי Iſta ſunt numerata, Exod. 38. 21.
אֱמוֹר Dic, alloquere, Levit. 21. 1.
אַתֶּם נִצָּבִים Vos conſiſtitis, Deuter. 29. 10.
בֹּא אֶל־פַּרְעֹה Ingredere ad Pharaonem, Exod. 10. 1.
בְּהַעֲלֹתְךָ In accendendo te, Numer. 8. 1.

In

Digitized by Google

בְּחֻקֹּתַי In ſtatutis meis. Levit. 26. 3.
בָּלָק * BalaK, Numer. 22. 2.
בְּמִדְבַּר In deſerto, Numer. 1. 1.
בְּרֵאשִׁית In principio, Geneſ. 1. 1.
בְּהַר In monte, Levit. 25. 1.
הַאֲזִינוּ Præbete aures, Deuter. 32. 1.
הַדְּבָרִים Iſta ſunt verba, Deuter. 1. 1.
וְאֵלֶּה מִשְׁפָּטִים Hæc ſunt judicia, Exod. 21. 1.
וְאֵלֶּה שְׁמוֹת Hæc ſunt nomina, Exod. 1.
וָאֵרָא Et apparui, Exod. 6. 1.
וָאֶתְחַנַּן Et cum deprecarer, Deuter. 3. 23.
וְזֹאת הַבְּרָכָה Et hæc eſt benedictio, Deuter. 33. 1.
וַיִּגַּשׁ אֵלָיו Et acceſſit ad eum, Geneſ. 44. 18.
וַיְהִי בְּשַׁלַּח Cumque dimiſiſſet, Exod. 13. 17.
וַיְהִי מִקֵּץ Fuitque a fine, Geneſ. 41. 1.
וַיְחִי יַעֲקֹב Et vixit Jacob, Geneſ. 47. 28.
וַיֵּלֶךְ Et venit *Moſes*, Deuter. 31. 1.
וַיֵּצֵא Et egreſſus eſt *Jacob*, Geneſ. 28. 10.
וַיַּקְהֵל Et congregavit Moſes, Exod. 35. 1.
וַיִּקְרָא Et clamavit, Levit. 1. 1.
וַיֵּרָא Apparuit autem, Geneſ. 18. 1.
וַיֵּשֶׁב יַעֲקֹב Et habitavit Jacob, Geneſ. 37. 1.
וַיִּשְׁלַח Et miſit, Geneſ. 32. 3.
וַיִּשְׁמַע יִתְרוֹ Et audivit Jethro, Exod. 18. 1.
חַיֵּי שָׂרָה Vita Saræ, Geneſ. 23. 1.
חֻקַּת הַתּוֹרָה Statutum Legis, Numer. 19. 1.
כִּי תָבוֹא Cum ingreſſus fueris, Deuter. 26. 1.
כִּי תֵצֵא Cum egreſſus fueris, Deuter. 21. 10.
כִּי תִשָּׂא Cum acceperis *ſummam*, Exod. 30. 11.
לֶךְ לְךָ Abito tibi, Geneſ. 12. 1.
מַטּוֹת Tribuum *capita*, Numer. 30. 2.
מַסְעֵי *Vide in littera* א.
מְצֹרָע Leproſi lex, Levit. 14. 1.
מִקֵּץ *Vide in littera* ו.

נֹחַ Noachi generatio, Geneſ. 6. 9.
נִצָּבִים Stantes, Deuter. 29. 10.
נָשׂא Accipe ſummam, Numer. 4. 21.
עֵקֶב Propterea quod, Deuter. 7. 12.
פִּנְחָס Pinchàs, Numer. 25. 10.
צַו Præcipe, Levit. 6. 8.
קְדֹשִׁים Sancti eſtote, Levit. 19. 1.
קֹרַח Kòrach, Numer. 16. 1.
רְאֵה Vide, Deuter. 11. 26.
שְׁלַח לְךָ Mitte tibi *viros*, Numer. 13. 2.
שְׁמִינִי Octavus, Levit. 9. 1.
שׁוֹפְטִים Judices, Deuter. 16. 18.
תַזְרִיעַ Cum ſemen edit. Levit. 12. 1.
תּוֹלְדוֹת יִצְחָק Generationes Iſaaci, Geneſ. 25. 19.
תְּצַוֶּה Præcipito, Exod. 27. 20.
תְּרוּמָה Oblationem *capiant*, Exod. 25. 1.

Biblia Veneta majora Tabulam exhibent, rationem פָּרָשִׁיּוֹת Paraſchàrum, *ſive* סְדָרִים Sidrarum *a Maſorethis inſtitutam proponentem non ſolum Pentateuchi, ſeu quinque librorum Legis a Moſe ſcriptorum, ſed etiam totius Sacræ Scripturæ. Addunt* סְדָרִים Sidrarum *numerum, ac ſummam omnium verſuum cuiuslibet libri, ejuſque medium. Animadvertendum, a Rabbinis aliquando* פְּסוּקִים verſus *Capitum appellari* פָּרָשִׁיּוֹת Paraſciòth, *ſicuti uſurpat idem vocabulum ad verſum ſignificandum R. David Kimchì* Amos 1. v. 11. *Ambiguitatem autem tollet uſus, & ſignificationem propriam clare oſtendet contextus, & cujuſque loci circumſtantia.*

Ex Majemonidis parte 1. *libri* אהבה Ahavà *cap.* 8. *plane colligitur, quot Sectionibus apertis, & clauſis ſinguli libri conſtent, & unde incipiant, cujus rationem Judæi hodierni religioſe ſequuntur in Libris Sacris deſcribendis.*

פסר. הִפְסִיר Perdere: corrumpere, damnum inferre. פֶּסֶר, הֶפְסֵר, פְּסִידָה perditio, damnum, jactura, corruptio.

פסל, פָּסוּל Profanum, illegitimum, illicitum, ineptum, impurum, vitioſum. פְּסִילוּסָא balbus, blæſus. Iſa. 6. 8. *in R. Kimchio, apud quem in principio Amos ita legendum pro* פִּילוּסָא, *quod male ſcribitur.*

פסק, נִפְסַק Ceſſare, deſinere, deficere, deſiſtere, finem habere: paciſci: abſcindi. פָּסוּק verſus Biblicus, periodus: *lato modo*, Textus Biblicus. הֶפְסֵק, הַפְסָקָה ceſſa-

Digitized by Google

ſatio, intermiſſio: pauſa: membrum ſententiæ majus. Accentus pauſans, פְּסִיק PesiK, *virgula exiguæ pauſulæ nota*: טְעָמִים הַמַּפְסִיקִים accentus diſtinguentes: פְּסוּק pauſa.

פְּסַק Amputare: decernere, ſtatuere, ſententiam ferre. פּוֹסֵק arbiter, cauſidicus, judex, ſententiam ferens. *Plur.* פּוֹסְקִים judices, arbitri, cauſidici, *in rebus controverſis ſententiam ferentes, & inter ſe litigantes componentes*. פְּסָקָא, פְּסַק ſententia, decretum, deciſio. פְּסָקָא דְּדִינָא ſententia judicialis.

פָּעַל Agere, operari. *Apud Grammaticos* Verbum: *ut* פָּעַל יוֹצֵא Verbum tranſitivum, activum, *cujus actio in aliud ſubjectum patiens tranſit. Hinc apud R. David Kimchi Nahum* 1. 8. הוּא פָּעַל יוֹצֵא לְשְׁלִישִׁי Eſt Verbum egrediens ad tertium, *h. e. ſubjectum. Idem dicitur etiam* פָּעַל הַנּוֹדֵד Verbum vagans. *Singula autem Verborum genera apud Grammaticos Hebræos ita appellantur.* פְּעָלִים שְׁלֵמִים Verba perfecta, נָחִים Quieſcentia, חֲסֵרִים Defectiva, יוֹצְאִים Tranſitiva, עוֹמְדִים Stantia, *ſive* intranſitiva. פּוֹעֵל agens, efficiens, opifex, operarius. *Apud Grammaticos* Verbum, *ut* פּוֹעֵל עוֹמֵד Verbum intranſitivum, neutrum: פּוֹעֵל עָבָר Verbum præteritum. פֹּעַל actus, actio, categoria. שֵׁם הַפֹּעַל Nomen actionis, *h. e.* Verbale, *quod derivatur a Verbo actionem ſignificante. Item* Verbum, *ut* פּוֹעֵל עוֹמֵד Verbum ſtans. מִתְפָּעֵל paſſivum, patiens. הִתְפַּעֲלוּת paſſio.

פפ״ *Abbreviatura. Idem ac* פִּתְחוֹן פֶּה Apertio oris, *nimirum* excuſatio, defenſio. *Hinc* וְלֹא יִהְיֶה לָהֶם פפ״ Et non erit ipſis ulla excuſatio.

פ״ק *Abbreviatura. Idem ac* פֶּרֶק קַמָּא, *vel* פִּרְקָא Caput primum. בפ״ק In Capite primo. *Aliquando* ר *inſeritur, ut* פר״ק, בפר״ק In Capite primo. 2. פֵּירוּשׁ קוּנְטְרֵיס Expoſitio folii.

פָּקַק Claudere, obturare. פְּקָק operculum. פְּקַפֵּק fodere, perfodere. *Item* perquirere, ſcrutari. פִּקְפּוּק obturatio, impedimentum.

פָּקַר Præſumere: Hæreticum, Schiſmaticum, Sectarium eſſe: arroganter, ſtolide agere. פּוֹקְרִים הַמִּינִים præſumunt Hæretici. מַפְקִיר præſumptuoſus: arrogans, impudens. *Deducitur, ut vult Elias, ab* אֲפִּיקוֹרוֹס Epicurus. הִפְקִיר liberum, commune facere, proſtituere. הֶפְקֵר liberum, commune. *Hinc apud Judæos* lupanar *appellatur* הֶפְקֵר, *quia commune, liberum, & publicum omnibus eſt.*

פַּרְגּוֹד, פרג״ Velum, cortina, aulæum.

פְּרַגְמָטוּס Pragmaticus, negotiator, mercator. פְּרַגְמַטְיָא negotiatio, mercatura. *Scribitur etiam* פְּרַקְמַטְיָא.

פָּרַד Separare, dividere, disjungere: ſecare in partes. נִפְרָד ſeparatum, abſtractum; ſingulare, individuum. *Apud Grammaticos* שֵׁם נִפְרָד Nomen formæ abſolutæ. *Item* Nomen ſingulare, *h. e.* numeri ſingularis. *Ejus oppoſitum* נִסְמָךְ conjunctum,

ctum, conſtructum. מִלָּה מְפוֹרֶדֶת dictio collectiva, ut צֹאן ovis, oves. פֵּרוּד, & פֵּירוּד abſtractio, ſeparatio, disjunctio. *Ejus oppoſitum* קִבּוּץ aggregatio, collectio, compoſitio, conjunctio: *Plur.* פֵּירוּדִים abſtracta, peculiaria, particularia, partes ſeparatæ. נִתְפָּרֵד ſeparari: ſingulare fieri, in numerum ſingularem deduci.

פְּרַדְקָאוֹת Cuſtodes, *vel* cuſtodiæ militum. *Scribitur etiam* פְּרַדְכִיאוֹת.

פרד״ק *Abbreviatura. Idem ac* פֵּירוּשׁ רַבִּי דָּוִד קִמְחִי Expoſitio R. Davidis Kimchi:

כפרד״ק Juxta expoſitionem R. Davidis Kimchi.

פר״ח *Abbreviatura. Idem ac* פֵּירוּשׁ ר׳ חֲנַנְאֵל Expoſitio R. Chananaelis.

פִּרְכֵּס Trepidare, tremere, movere ſe.

פרה פְּרְהֶסְיָא παῤῥησία. *Hinc* בְּפַרְהֶסְיָא publice, palam, manifeſte. *Ejus oppoſitum* בְּצִנְעָה ſecreto, clam.

לִשְׁכַּת פַּרְהֶדְרִין Conclave Parehdrin, *h.e.* Conclave Aſſeſſorum. *Etenim* פַּרְהֶדְרִין Parehdrin *erant* Aſſeſſores, Regii conſiliarii, *qui Regibus aſſidebant. Græce dicebantur* πάρεδροι, Aſſeſſores, *dabanturque* ἄρχοντι, Principi, *qui etiam temporis decurſu appellati fuerunt* συνέδροι. *In Ghemarà fol.* 8. 2. *hec habentur.* Quid לשכת פרהדרין? numquid ab antiquo dictum fuit לשכת בולווטי Conclave τῶν βουλευτῶν, Conſiliariorum? Principio dictum fuit לשכת בולווטי. Ex quo autem Sacerdotium pecuniis fuit venale, mutarunt illud ſingulis duodecim menſibus; ſicuti Aſſeſſores hi quoque mutati fuerunt ſingulis annis, & tunc vocarunt illud לִשְׁכַּת פַּרְהֶדְרִין Conclave Aſſeſſorum. *Reperitur etiam ſcriptum* פַּלְהֶדְרִין.

פְּרוָזְדוֹר, פרוז Veſtibulum, porticus, antetriclinium.

פֶּרַח Flos: *Per metaphoram* Candelabri ſacri pars ſuprema lucernam continens, *quæ ita dicitur, quia florum figuras exhibebat. Hinc* פֶּרַח שֶׁל מְנוֹרָה flos lucernæ, *ſeu* candelabri. *Item* pubes *in juventute, ut* קָטֹן פּוֹרֵחַ Minorennis pubeſcens, שנראה עליו צמר שיער in quo conſpicitur prima lanugo, *ſicuti exponit* Baal Aruch. *Plur. conſtr.* פִּרְחֵי כְהֻנָּה flores Sacerdotii: Sacerdotes juvenes. Job 30. 12. *in R. Levi. Ita appellantur a Rabbinis adoleſcentes Sacerdotum filii ad Sacerdotium ſe applicantes.*

פְּרַט Particulare, ſpecificum, ſpeciale, individuum, ſingulare. *Item* Æra minor, numerus annorum Mundi infra millenarium. בִּפְרַט in ſpecie, particulariter, ſpeciatim, præſertim. לִפְרַט קָטֹן ad numerum minorem. *Hanc phraſim Hebræi uſurpant de annis Mundi, cum millenarium omittunt.* פְּרָטִי ſpecialis, particularis: individuus, ſingularis. סִפּוּר פְּרָטִי Prædicatio particularis, *apud Logicos*, עִנְיָנִים פְּרָטִיִּים res particulares. *Fœm. ſing.* פְּרָטִית ſpecialis. פְּרָטִיּוּת ſingularitas, particularitas. פְּרוּטְרוּט modulatio minuta. *Item* פְּרַט commutare magnas pecunias in parvas.

פְּרוּטָה Obolus, nummulus, moneta parva. *Duplex hic obolus fuit, alter ex argento, alter ex ære. Adhibetur hæc dictio*

et-

Digitized by Google

etiam de aliis rebus minimis. Plur. פְּרוּטוֹת nummuli.

פָּרַךְ Frangere, rumpere. *Hithpahel* הִתְפָּרֵךְ frangi.

פַּרְנֵס פרן Guberoare, alere, nutrire, paſcere. פַּרְנָס gubernator, paſtor, princeps, dominator. *Apud antiquos, & noſtros etiam Hebræos* פַּרְנָס *eſt Synagogæ, ſeu populi Judaici gubernator, qui populum in rebus politicis regit, Chriſtianorumque Prætori ſimilis apud ipſos cenſetur. In magnis Judæorum cœtibus hujuſmodi* פַּרְנָסִים Gubernatores, *ſive* Seniores *plures eſſe poſſunt, in quibus doctrina, & ſapientia requiritur, ut controverſias, & contentiones exortas dirimere, & recte componere valeant.*

מְפַרְנֶסֶת Nutrix, cibatrix. פַּרְנָסָה alimonia, victus.

פִּרְסֵם, פרס Publicare, divulgare, manifeſtare. נִתְפַּרְסֵם revelari, maoifeſtari. מְפוּרְסָם publicum, manifeſtum, notorium; probabile.

בְּפִרְסוּם Palam, manifeſte; probabiliter.

פָּרַע Rependere, retribuere, ulciſci: ſolvere debitum. נִפְרַע, אִתְפְּרַע vindicare, ſe ulciſci. פּוּרְעָנוּת ultio, vindicta, pœna. פִּירְעוֹן, פַּרְעוֹן ſolutio, compenſatio, retributio, ultio. פּוֹרְעָן ultor.

כְּפָרִיעַ Cito, celeriter, feſtinanter, ſubito, ſtatim. לְמַפְרֵעַ retro, præpoſtere, retrorſum, inverſo ordioe.

פְּרְפְּרָא Purpura, veſtis purpurea, & Regia.

פַּרְצוּף פרץ Vultus, facies, effigies, figura, perſona. *Plur.* פַּרְצוּפִין perſonæ. *Corruptum eſt ex Græco* πρόσωπον.

פְּרַקְלִיטָא פרק Conſolator, advocatus, procurator, interpres.

פְּרַקְמַטְיָא Mercatura, negotiatio, negotium.

פִּרְפֵּר פרר Conterere, comminuere, frangere, confringere. *Hithpahel* הִתְפַּרְפֵּר comminui. פַּרְפְּרָאוֹת, פִּרְפּוּרִין, פֵּרוּרִין Micæ. *Apud R. Saadiam* atomi, pulviſculus in aere ex Solis radiis conſpicuus.

פָּרַשׁ Explicare, declarare, exponere. פֵּירוּשׁ explicatio, commentarius. מְפָרֵשׁ Interpres, Commentator. בְּפֵירוּשׁ in commentario. *Item* clare, diſtincte, aperte, liquido.

פָּרַשׁ Diſcedere, ſeparare ſe: dividere diſtinguere. הֶפְרֵשׁ diſcrimen, differentia. אַפְרָשׁוּת ſeparatio. פָּרָשָׁה Sectio, ſeparatio. *Sectiones Legis Moſaicæ ita appellantur, quæ incipiunt a triplici* פ, *vel* ס *majuſculo.* פְּרָשִׁים calcaria, *a pungendo. Nam* הִפְרִישׁ pungere. Prov. 23. 32. *Hinc R. D. Kimchi,* פָּרָשִׁים equites *dicuntur,* שֶׁמַּפְרִישִׁים בִּפְרָשִׁים שֶׁבְּרַגְלֵיהֶם quia pungunt calcaribus, quæ ſuot io pedibus ipſorum. Jud. 3. 31.

פָּרוּשׁ Separatus: abſtinens, cootinens, temperans, Phariſæus, *ita dictus, quia vitæ ſanctitate, cultu, & moribus ab aliis hominibus ſeparatus erat. Quemadmodum autem Auctores omnes ad unum conſentiunt,* Phariſæi *nomen a radice* פָּרַשׁ *derivari; ita*

in

in aſſignanda ratione, cur ita ii ſint appellati, alii alio inclinant. Sunt qui volunt, eos ita dictos ab expanſione Phylacteriorum; alii cenſent ita appellatos ab operibus in conſpectu omnium factis; alii ab interpretatione Legis, quam explanabant; alii, quorum opinio magis arridet, a ſeparatione a reliquis hominibus. Qui plura de Phariſeis deſiderat, adeat Lexicon meum Hebraicum typis Seminarii Patavini editum 1732. pag. 394. & 395.

פרשי *Abbreviatura. Idem ac* פֵּירוּשׁ רַבִּי שְׁלֹמֹה יִרְחִי Expoſitio R. Salomonis Jarchì, *de quo vide Diſputationem noſtram huic Lexico præmiſſam.*

פרת *Abbreviatura. Idem ac* פֵּירוּשׁ רַבֵּנוּ תָּם Expoſitio Doctoris noſtri Tam. *In hac ſignificatione littera* פ *præfigi ſolet plurimis Rabbinorum nominibus.*

פָּשַׁט Extendere, diffundere ſe. *Præterea eamdem ſignificationem habet, ac apud Hebræos.* Excoriare, exuere, detrahere cutem: graſſari, irruere. *In Talmudis Tractatu* פְּסָחִים Peſachìm *fol.* 113. פְּשׁוֹט נְבֵילְתָא בְּשׁוּקָא וּשְׁקִיל אַגְרָא Excoriato cadaver in foro, *h. e.* publice, & accipito mercedem. *Proverbium eſt, quo priſci admonere voluerunt, melius eſſe ſordida officia peragere cum fructu, quam ſine utilitate, & fructu otiari, ac propterea egere, ac mendicare. Præterea* פָּשַׁט *ſignificat* ſtudere, diſcere, repetere, *quia id fit diligenti meditatione, mentis diſcurſu, & quadam rei propoſitæ extenſione. Item* explicare, *vel* interpretari litteraliter, & proprie juxta litteram ſcriptam: exponere, ſolvere quæſtionem dubiam. *ut* פַּשְׁטִינָן ſolvimus. *Hithpahel* הִתְפַּשֵּׁט diffundi, effundi, extendi, effluere. פָּשׁוּט nudum, ſimplex: vulgare. שֵׁם פָּשׁוּט nomen ſimplex, & abſolutum, *cujus oppoſitum* מוּרְכָּב compoſitum, עָקוֹם curvum, tortuoſum, & כָּפוּל duplex. מִנְהָג פָּשׁוּט conſuetudo vulgaris, quæ ubique locorum ſervatur. דִּין פָּשׁוּט mos vulgaris. שֵׁם הַמּוּפְשָׁט nomen abſtractum. הֶפְשֵׁט ſimplicitas, פְּשַׁט, פָּשׁוּט ſimplex, litteralis vocis, aut loci alicujus ſenſus. *Hinc illud Rabbinicum* אֵין מִקְרָא יוֹצֵא מִידֵי פְשׁוּטוֹ Scriptura non egreditur ex ſimplicitate ſua, *hoc eſt*, ſimplici, & litterali ſenſu. עַל דֶּרֶךְ הַפְּשַׁט juxta litteralem ſenſum, *cui opponitur* מִדְרָשׁ allegoricus, & myſticus ſenſus. סִבּוֹת פְּשׁוּטוֹת Cauſæ ſimplices. פְּשִׁיטָא certum, ſimplex, clarum, perſpicuum, abſolutum: certo, perſpicue. *Item* פְּשִׁיטָא לָךְ certumne tibi eſt? certuſne es? פְּשִׁיטָא לִי certum mihi eſt; certus ſum. פְּשִׁיטִין פְּשׁוּטִין nummi minimi, indiviſibiles.

פָּשַׁר Liqueſcere, tepeſcere: calefieri. מַיִם פּוֹשְׁרִים aquæ tepidæ. *Hiphil* הִפְשִׁיר calefacere. הִתְפַּשֵּׁר שֶׁלֶג liquefacta eſt nix. פִּשֵּׁר tranſigere, convenire, componere partes litigantes. אַחַר שֶׁנִּתְפַּשְּׁרוּ poſtquam concordes facti ſunt.

פְּשָׁרָה Tranſactio, compoſitio, conventio, concordia.

פִּשְׁפֵּשׁ, פשש Scrutari, perveſtigare: per-

perquirere : contrectare, palpare. פִּשְׁפּוּשׁ ſcrutatio, inveſtigatio. פִּשְׁפֵּשׁ cimex, *animalculum, quod in lectorum aſſeribus reperitur. Item* oſtiolum, janua parva.

פִּתְאֹם, פתא Repente, ſubito. פִּתְאֹמִי repentinus. פִּתְאֹמִית repentina. *Plur. fœm.* רָעוֹת פִּתְאֹמִיּוֹת mala repentina.

פָּתַח Aperire, incipere. נִפְתַּח תְּחִלָּה incipiemus primum. פְּתִיחָה apertio: initium, ingreſſus, præfatio, prologus, exordium libri, *vel* ſermonis: declaratio, *vel* publicatio ſententiæ per ſcriptum, *vel* edictum. פֶּתַח idem. *Eſt etiam* oſtium ventris muliebris, *quod a pudore nomen naniſcitur, cujus cauſa natura illud veſtire, & tegere voluit.*

פַּתַח Pathach *vocalis*. A *brevis apud Grammaticos*. פַּתַח קָטוֹן Pathach parvum, *id eſt*, Sægol. פַּתְּחוּת Pathachatio, notatio cum Pathach.

פָּתַךְ Miſcere, commiſcere.

פת״ל *Abbreviatura. Idem ac* פֶּן תִּמְצֵי לוֹמַר Ne poſſis dicere. *Talmudiſtis frequens.*

פָּתַק Projicere, emittere, jaculari, impellere. פִּתְקָא liber, epiſtola, diploma, libellus, ſcheda. *Item nomen poculi magni apud Perſas.* Eſth. 1. 8. *in Targum ſecundo.* פִּתְקָא דְהַזְמָנָא libellus citationis. פִּתְקִין קְטַנִּים ſchedæ parvæ.

פתר, פָּתוֹר, פָּתוֹרָא Menſa. Exod. 25. 23. *Plur.* פָּתוֹרִין menſæ. Ezech. 23. 41. *Emphat.* פָּתוֹרַיָּא *Ezech.* 40. 43.

פָּתַת Secare, frangere in fruſta. פַּת fruſtum, buccella, panis. Judic. 8. 5. פַּתִּיתִין, פִּתִּין fruſta. Iſa. 65. 11. orbes. 1. Sam. 10. 4.

פַּת Fruſtum, buccella, panis. פַּת עֲמִילָה Panis amylus, *Græce* ἄμυλ[illegible], non molitus, molam non expertus. *Ex Plinio lib.* 18. *cap.* 7. Amylum ex omni tritico, & ſiligine fit, *ita appellatum ab eo, quod ſine mola fiat. Hujuſmodi legitur fuiſſe* לֶחֶם פָּנִים Panis facierum, *ſive* propoſitionis.

A01 1471896

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google